aculeatus, ta, tum. Pl. *pontuto, acuto*. Spina aculeata. Pl. *ſpina pontata*.

acumen, nis, neut. g. verbale ab acuo. Cic. *acutezza, punta*, acumen roſtrarium. Pl. *punta nel becco degli uccelli*, acumen pro aſtu. Horat. *cautela, aſtuzia*. Interpretatio habens acumen. Cic. *ſottile, ed ingegnoſa eſpoſizione*. Omnia iſta derivata ab acuo, ut acies, acumen, acutus, & ejuſmodi, primo dicta ſunt de inſtrumentis ſcindentibus, per translationem vero de perſpicacia animi, & ſenſuum.

acuminatus, ta, tum, acutus. Pl. *acuto, ſottile, pontuto*.

acuo, acuis, acui, acutum, acuere, idem quod exacuo, excito, & hortor. C. Vir. *affilare, fare acuto, dare il filo, aguzzare*. Verbis aliquem acuere. Cic. *fare accorto, o provocare a ſdegno con parole*.

† acupedius, qui acumine pedum obambulat, *chi cammina in punta di piedi*.

acupictor, toris, m. g. *ricamatore*.

acus, cus, f. g. C. *pungolo, ago da cucire*. acus. Mart. *ſcriminale*, acu pingere. Ovid. *ricamare, e fare tappezzarie*.

acus, aci, m. g. & acicula. Pl. *peſce col naſo lungo, anguſigolo*.

acus, aceris, neut. ge. Varro, *paglia, pulla, ovvero bulla*, cujus nominativus olim erat acer; unde venit ejus genitivus aceris; unde acero, as, avi, aceribus impleo aliquid, aut miſceo, *meſcolare alcuna coſa con paglie*. Et inde aceratus, a, um, idem quod aceroſus, ut frumentum aceratum, *frumento pieno di paglia*.

acutus, ta, tum, ab acuo. Subtilis, acer, perſpicax. Cic. *acuto, ſottile, pontuto, appontuto, ingegnoſo*, acutum æs, Ov. *metallo riſuonante*, acuta ſpina, Pl. *erba detta ragaia*, acutum jaculum, Vir. *dardo acuto, pontuto*, acuta vox, ideſt tenuis.

acutulus, la, lum, dimin. *alquanto acuto, o ſottile, e pontuto*.

acute, ſubtiliter, ingenioſe, argute, adverb. C. *acutamente, ingegnoſamente*.

acute dictum, *è detto con acutezza*.

A D

AD eſt præpoſitio, quę tam in compoſitione, quam in appoſitione reperitur, & ejus uſus præcipuus eſt ſignificare motum aliquem, ſive ad aliquem locum. C. Ter. Virg. *a, appreſſo, vicino*. Item pro præpoſitione. Uſque ad meum adventum. Cic. *ſino alla mia venuta*. Et pro circa, ad tria millia. Plaut. *circa tre miglia*. Et pro contra. ad morſus beſtiarum. C. *contra le morſicature delle beſtie*. ad etiam pro ante, vel coram. Ad judicem dicere. C. *parlare dinanzi al coſpetto del giudice*. ad etiam pro verſus, ibam ad te. Ter. *veniva verſo te*. ad cœlum, ideſt verſus cœlum, ad arbitrium tuum. C. *ſecondo la tua volontà*. ad pro per. ad conſtruendum templum. C. *per fare una chieſa*. ad hæc mala. Ter. *oltre, ſopra queſti mali*.

ad manum ſervus. Cic. *ſegretario*. ad cyathos ſtare, Sveton. *darſi al bere*. ad verbum aliquid transferre, ſeu traducere. C. *a parola per parola*.

adactio, ctionis, f. g. verb. ab adigo. Liv. lib. 2. bell. Pun. *coſtringimento*.

adactus, cta, ctum, partic. ab adigo, vel nomen ex particip. coactus Pl. *coſtretto*.

adad, ſive adadus, Deus Aſſyriorum. Cæl. Rhod. & Macrob.

adæquo, quas, quavi, quatum, quare, idem, quod æqualem, aut parem facio, Cicer. *uguagliare, e fare uguale*, adæquare, Per. *ſpianare, pareggiare*. Tecta ſolo adæquare, Liv. *ſpianare una caſa*.

adæque, adverbium, æque, Plin. *ugualmente, parimente, inſieme*.

adæro, ras, ravi, ratum, rare, Inſtit. *apprezzare, ſtimare a danari contanti*.

adæſtuo, ſtuas, avi, atum, are, *aver gran caldo*.

adagra, æ, f. g. idem quod fœmina ad agendum apta,

adagium, gii. Feſtus, & adagio, gionis, Varr. *proverbio*.

adaggero, ras, ravi, ratum, rare, Plautus, Idem quod adaugeo, accumulo, *ammaſſare, accumulare*.

adalligo, gas, gavi, gatum, gare, Pl. *legare a qualche coſa*.

¶ Adam, Hebraice, ut Joſephus ſcribit, idem quod ruber.

adamas, ntis, maſc. g. lapis, qui ſolo hircorum ſanguine calido diſſolvitur, Vir. *diamante, gemma*. adamas infrangibilis. Pl. *diamante, gemma infrangibile, che non ſi può ſpezzare*. Dictus eſt adamas in Græco, quia domari non poteſt, ideſt frangi, propter ſummam ejus duritiem.

adamantæus, tæa, tæum, & adamantinus, Ov. *diamantino, duro come diamante, invincibile, e coſtante*.

adamantinus, na, num, pen. corr. & adamantæus, Plinius, *invicibile, coſtante, che reſiſte a' pericoli, diamantino*. vincula adamantina, *vincoli forti*.

adamo, mas, mavi, matum, mare, idem, quod valde amo, ardenter deſidero, percupio, Cic. *amar teneramente, fortemente*. adamare, Quintil. *amare impudicamente*.

¶ adamuſſim, adv. recte, *giuſtamente, a propoſito*.

adana, & adæna, *Città della Caramania*.

adaperio, is, ui, rtum, rire, vide aperio, *aprire*. caput adaperire. Val. Max. *ſcuoprire la teſta, cavarſi la berretta per onorar alcuno*.

adapertilis, & hoc adapertile. Ov. *coſa ſcoperta, aperta*.

adapto, tas, avi, tum, tare, accommodo, aliquid alteri rei apto, *acconciare*. proprie eſt, cum res aliqua facta eſt, ei aliud accommodare, aut adjungere. V. apto.

adaquo, as, avi, atum, are, Sveton. Pl. *bagnare, rinfreſcare con acqua, adacquare, abbeverare gli animali*. Herbas adaquare, Pl. *inaffiare l' erbe*.

adaræa, æ, f. g. ſpuma arundinis. medicinæ utilis, naſcens e cortice arundinis paluſtris, Pl.

adareo, es, ui, idem, quod areo, *ſeccarſi, aſciugarſi*.

adaſſo, verbum antiquum, Plautus, *ſpingere*.

adaugeo, ges, xi, ctum, gere, idem, quod accumulo, & cumulo, Cic. *aumentare, accumulare, ammaſſare, accreſcere*.

Adaugeſco, geſcis, geſcere, Lucr. *aumentarſi, accumularſi*.

adauctus, ctus, m. g. Verb. Lucr. *Accreſcimento, aumento*.

Adbibo, bibis, bibi, bitum, bibere, idem, quod cum aliis bibo, & diſco, ſeu percipio, Ter. *Bevere con altri, o d'avvantaggio*, adbibe puer Philoſophica verba. Hor. *Apprendi, mentre ſei in tenera età, i precetti di filoſofia*.

Adcredo. dis, Vide accredo.

Adcreſco, Vide accreſco.

Addax, cis, maſ. g. qui eſt contortis cornibus.

Addecet, addecuit. Imp. decet. Pla. *Sta bene, è dicevole, è convenevole*.

¶ Addephagia, inexplicabilis edendi aviditas. Cæl. Rhod.

Addenſo, ſas, ſavi, ſatum, ſare. Pl. *Condenſare, inſpeſſire*.

Addico, cis, xi, ctum, cere, Dedo, mancipo, deſtino, adjudico. Cic. *Darſi, deſtinare, appropriare, dedicare*. addicere morti, Cicer. *Condannare alla morte*, addicere opus aliquod. Cic. *Diſporſi, deliberare di far qualche coſa*. addicere bona in publicum, Cæſ. *Confiſcare i beni, venderli all'incanto*. Unum eſt ex tribus verbis Prætoris, Do, dico, addico. Debitores autem addicebantur creditoribus, ideſt tradebantur in poteſtatem eorum, cum ſolvendo non eſſent. Præterea addico erat verbum augurale: aves enim addicebant, ut, cum bonum omen fuit, augurium præberent. Cic.

Addictio, ctionis, f. g. C. *Deliberazione da farſi all'incanto a chi più offeriſce*.

Addictus, ta, tum, idem, quod Mancipatus, *Mancipato*. Obnoxius, deditus, devotus.

Addiſco, ſcis, didici, ſcere. Doceor, inſtruor, Cic. *Imparare, eſſer ammaeſtrato*.

Additamentum, ti, n. g. Cic. *Aggiunta, aggiungimento, aumento, accreſcimento*.

Additus, ta, tum, particip. ab addor, & adjunctus, Cic. *Uomo, o donna, o coſa aggiunta*.

Addivino, addivinas, addivinavi, natum, nare, Pl. *Predire, indovinare*

Addo, dis, didi, ditum, dere, compoſitum ex ad, & do, idem, quod adjungo, acceſſionem adjungo, aſſero, adſcribo. C. *Aggiungere-raggiugner, dare d'avvantaggio* Nihil addo de meo. C. *Non do niuna coſa del mio*.

Addo, as, edi, are, adjungo, *Aggiungere*, Plaut.

Addoceo, ces, cui, cere, vide Doceo, Hor. *Inſegnare, ammaeſtrare*.

Addormio, mis, & addormiſco miſcis, mivi, mitum, miſcere Svet. *Addormentarſi*. Cujus contrarium eſt expergiſcor.

¶ Addua, flumen Inſubrię, *Adda fiume, nei nomi proprj*.

Addubito, tas, idem, quod Dubito, C. *Dubitare alquanto, ſtare in dubbio*.

Addubitatus, ta, tum, Cic. *Coſa che ſi dubita*.

Adduco, cis, xi, ctum, cere. Induco, deduco, contendo, contraho, Cic. *Menare, condurre*. Adduxi eam ad cœnam, Ter. *L'ho condotto a cena*, adducere aliquem ad arbitrium noſtrum, C. *Perſuadere, diſporre alcuno al noſtro volere*. Brachium adducere. Virg. *Ritirare il braccio, ovvero gittare un dardo più lontano*. adduci odio, metu, precibus, ſpe mercedis, C. *Indurſi per odio, timore, preghi, ſperanza di mercede a far qualche coſa*. Civitatem in diſcrimen adducere, C. pro Dejot. *Ridurre la Città al pericolo*, adducere habenas, Cic. de Amic. eſt contrahere, & contendere, *Stringere le briglie*; remittere vero, *Slargarle*.

Adduplico, cas, cavi, catum, care, Pla. *Addoppiare, doppiare*.

Adedo, es, ſive adedis, edi, eſum, eſſe, ſive adedere, Comedo, Cic. & Vir. *Conſumare, mangiare di tutto, o di ogni coſa*.

Adelphus, & adelphius. Latine dicitur Frater, Ter. *Fratello*. apud Græcos fratres dicti ſunt adelphi, quod ſint ſoli, ab a privativa particula, & delphos, quod veteri lingua græca dicitur ſolus.

Adelus, la, lum, C. *Ignobile, non conoſciuto*.

Ademptio, tionis, f. g. ab adimo, idem, quod ablatio. Cic. *Sottrazione, privazione, o il levar via la vita*.

¶ Adenes, glandulæ ſunt in gutture ex carne in duritiem contractæ, *Le ſcroffole*.

Adeo, adverb. qualitatis, ut uſque eo, tantum, tam, & adeo, ut. Cic. *Così, tanto, Finchè, ſin tanto*. Vultu adeo venuſto, ut nihil ſupra. Ter, *Di volto tanto bello, che nulla più*.

Adeo, dis, ivi, vel per ſyncopem adii, aditum, adire. Idem, quod Subeo, Cic. *Andar verſo alcuno*. adire aliquem per epiſtolam. Pla. *Scrivere ad alcuno, o viſitare con lettere*. Diſcrimen adire. C. *Metterſi a riſchio, correr pericolo*. Nec quiſquam ex agmine tanto audet adire virum. Vir. *Neſſuno ardiva aſſalirlo, o combatter con lui*.

Aditur impersonale, *Si va*. Cic.

Adeps, adipis, m. & f. g. axungia, & pinguendo, quæ intra cutem, & carnem eſt, C. *Lardo, graſſo*. Bocc. *Graſſo, ovver ſongia*. adeps ſuillus, Pl. *graſſo, ovver ſongia di porco*. Sciendum eſt, adeps eſſe nomē generale omnis pinguedinis, & adipes in plurali poſuit Pl. l. 8. c. 38.

Adeptus, ta, tum, particip. ab adipiſcor, aſſequutus. C. *Chi ha trovato, acquiſtato, chi ha ottenuto un ſuo deſiderio*, adeptus crimen, C. *Chi ha acquiſtato biaſimo*.

Adeptio, tionis, fœ. ge. Verbale acquiſitio, Cic. *Impetrazione, l'ottenere, o impetrare, e acquiſtare*.

Adequito, as, avi, tum, are. Prope, vel juxta equito. Liv. *Cavalcare vicino, d'intorno*. Adequitare portæ, Pl. *Cavalcare vicino ad una porta*.

Adeſdum. Ter. *Sta qui, vieni a me*.

Adeſpotus, ti, auctore carens, aut principe, *Chi non ha maeſtro*. Rumores adeſpoti, Cic. *Rumori o novelle ſenza autore*.

Adeſurio, ris, rivi, ritum, rire, ideſt valde, aut vehementer eſurio, Pl. *aver gran fame*.

Adeſus, ſa, ſum, particip. ab adedor, Liv. *Mangiate con ingordigia*. adeſa pecunia, Cic, *Danaro conſumato*.

Adfabre. Vide affabre.

Adfari. Vide affari.

Adfore. Vide affore.

Adfremo, mis, mere, ut adfremere verbis alicujus, Valer. *Mormorare contra le parole d'alcuno*.

Adfringo, gis, fregi, fractum, gere, idem, quod frango, & rumpo. Stat. *Rompere*. Duris adfringunt poſtibus ungues. *Romperſi le unghie d'intorno alle porte*.

Adfundo, dis, vide affundo.

Adgemo, mis, mui, mere, Sta. *Gemere ſopra qualche coſa*.

Adgnati. Vide agnati.

Agredior. Vide aggredior.

Adgrego. Vide aggrego.

Adgreſſus, apud Ennium, idem quod aggreſſus, *Cominciato, dato principio*.

Adhæc, & præterea, Cic. *Sopra di ciò, oltre di queſto*.

Adhabito, as, avi, atum, are, idem, quod juxta habito, *Abitar vicino*, Plaut.

Adhæreo, res, ſi, ſum, rere, infixus ſum. Approximo, arctiſſime inſideo, adhæreſco, adjaceo. C. & Cæſ. *Accoſtarſi, appoggiarſi, tenerſi ſaldo a qualche coſa*. adhærere ad aliquid, Cæſ. *Eſſer attaccato a qualche coſa*. adhærere opinioni alicujus, *Seguitar l'opinione*.

Adhæreſco, ſcis, ſcere, idem, quod adhæreo, *Accoſtarſi, appoggiarſi*.

Adhæſio, onis, ipſe adhærendi actus, Cic. *Accoſtamento, congiunzione di coſe diverſe*.

Adhalo, las, lavi, latum, lare. Pl. *Odorare, ſentire al naſo*.

† Adhamo, as, *Inamare, prender con l'amo*; metaphorice autem, & translate ſumitur pro ſurripere, *Preoccupare, anticipare*.

† Adiaphoros, indifferens: *Non differente, concorde*.

Adhibeo, bes, bui, bitum, bere, ex ad, & habeo, adjungo, adapto, utor, adfero, confero, C. *Metter appreſſo, aggiungere*, calcaria equo adhibere, C. *Spronar il Cavallo*. adhibere diligentiam. C. Fab. *Uſar diligenza*, ſic adhibere medicinā, *Dar medicina*, adhibere modum in actionibus, āimum, miſericordiā, auctoritatē, reverentiā, & infinita apud Cicer. alia. adhibere omnes

machinas ad rem aliquam. Cicero ad Attic. *Uſar tutte l' invenzioni, che ſi può, per far qualche coſa*. Quod proverbio dici ſolet, nullum non movere lap idem.

Adhinnio, nis, nivi, nitum, nire, Proprie equorum eſt, Pl. Cic. *Annitrire come cavallo alla cavalla*.

Adhoc, Pli. Cic. vero pro eo utitur, Præterea, & huc accedit, *Di più, oltre a queſto, oltre di ciò, appo di queſto*,

Adhorreſco, reſcis, ruis, reſcere. Ovi. *Abborrire, ſpaventarſi molto per qualche ſtrepito, o rumore*.

Adhortor, taris, tatus ſum, tatum, tari. Cohortor, accendo, Cicero, *Accendere, eſortare, infiammare*.

Adhortatio, nis, f. ge. cohortatio, & hortatio, Verbale, Cic. *Eſortazione*.

Adhortator, toris, maſ. ge. & cohortator, Liv. *Eſortatore*.

Adhuc, Cicero. Etiamnum, etiam nunc, jam tum, hactenus, Cic. *Fin' ad ora, o fin qui*.

Adhuc tua meſſis in herba, Ovid. *Non ſei ancora dove tu credi*.

Adiaphoron, n. indifferens. Cic. Grec.

Adjaceo, ces, cui, cere, apud aliquem jaceo, Liv. *Giacere appreſſo, vicino*.

Adiantum, ti, n. gen. Dioſcor. *Erba dianto, Capello di Venere*.

† Adides, dum, f. g. tela quædam, quæ loro ſive ligno religata, ejiciuntur in hoſtes.

Adjectio, tionis, fœ. ge. ab adjicio, idem quod adjunctio, Vitruvius, *Gionta, aggionzione*.

❡ Adjectivum ab adjicio fit, quaſi adjunctivum, quia ſubſtantivo adjungatur, poſtulat autem infinitivum, ſive adjectivum, &c.

Adjectus, tus, ma. gen. *Aggiungimento*.

Adjectus, ta, tum, Part. Pl. *Aggiunto*.

Adigo, gis, egi, actum, igere, cogo, impello, & ad arbitrium voco. Concito, aſtringo, adduco, infigo. Cicer. *Condurre, conficcare, guidare, menare, conſtringere, sforzare, ſpingere a forza*, adigere aliquem in inſaniam. Terent. *Ridurre a pazzia, fare impazzire*, adigere arbitrium, eſt cogere adverſarium dare arbitrium. Feſt.

Adjicio, cis, jeci, jectum, cere, addo, applico, Cic. *Aggiungere, accreſcere*.

Adjicere oculum alicui rei, Cicer. *Aver l' occhio ſopra alcuna coſa*.

Adjicialis, & adjiciale, unde cœnæ ſacerdotum dicebantur adjiciales, ideſt opiparæ, ab adjiciendis dapibus, Varro.

Adimo, mis, emi, ptum, imere, aufero, eripio, ſubtraho, deleo, præcido. Cic. 2. de finibus. *Tor via, levar via*. animam alicui adimere. Pla. *Tor la vita ad alcuno*. adimere civitatem alicui. Cic. *Bandire, e private alcuno della ſua Città* adimere nomen virgineum, Ovid. *Levare, tor la virginità*. adimere alicui poteſtatem faciendi aliquid, Cic. 2. Ver. *levare ad alcuno la potenza di far qualche coſa*. adimor, eris, paſſivum ab adimo.

Adimpleo, ples, plevi, pletum, plere. Impleo, Plin. *Empire*.

Adindo, dis, didi, ditum, dere, copulo, Ca. *imporre, metter dentro*.

Adinſtar, Solitus, Apul. *in guiſa, a ſimilitudine, a ſomiglianza*.

Adinvenio, venis, veni, ventum, venire. Idem, quod invenio. Cic. *Trovare*.

Adipalis. Cic. *Graſſo*, Cœna adipalis, ideſt opipara, Var. & Feſt. vide adjicialis.

Adiparus, a, um, Juven. *Ingraſſato, unto*.

Adipiſcor, ſceris, vel ſcere, adeptus ſum, adeptum, adipiſci. Comp. ex ad, & verbo antiquo apiſcor. Idem quod Nanciſcor, conſequor, obtineo. Cicero. *Aſſeguire, acquiſtare, ottenere, trovare*. adipiſci honores, Cic. *Acquiſtar onori*. Judicium adipiſci. Terent. *Ottenere, e vincere la lite*, adipiſci ordinem Senatorium, Cicer. Fab. *Eſſer fatto Senatore*.

Adipiſcendus, da, dum, Particip. acquirendus, comparandus, Cic. *Coſa da acquiſtare, ottenere*.

† Adiſpacium, ii, genus quoddam ſpinę ſimile lenticulæ.

† Adiruculus, li, aditus parvus, & exiguus, diminutivum ab aditus, tus, qui eſt locus quidam ſecretior in templo, pars videlicet remotior ab hominum congreſſu.

Aditur, imperſonale paſſivum, vide ſupra adeo.

Aditus, tus, maſ. ge. Verb. ab adeo, Via, introitus, veſtibulum. Cicero. *Intrata*, Bocc. *entrata, adito, cammino*.

Aditus, ta, tum, part. Cic. *Luogo dove ſi è andato più volte*.

Aditio, nis, f. gen. Plaut. *Andata, partita*.

Adjudico, cas, cavi, catum, care, idem, quod aliquid alicui per judicium attribuo. Cic. *Attribuire, aſſegnare, dar giudizio per ſentenza*, (item ſtatuo, *Determinare*. Pla.)

Adjugo, gas, gavi, gatum, gare, Conjungo, Plin. *Congiungere, attaccare, accoppiare*, adjugare vitem. Pli. *Legare la vite al palo*.

Adjumentum, ti, neut. gen. Subſidium, præſidium, Cicero. *Giovamento, ſollevamento, ajuto*. adjumento eſſe alicui. Cic. *Sollevare, o ajutare alcuno*.

Adjungo, gis, xi, gere, adnecto, applico, aggrego, adhibeo, attexo. Cicero. *Aggiungere, accoppiare, applicare, voltare*. adjungere aliquem ad amicitiam noſtram. Cicero. *Far qualch' uno amico*. Uxorem ſibi adjungere. Cicero. *Maritarſi, prender moglie*. adjungere animum ad ſtudium. Cicer. *Applicare, voltare l' animo agli ſtudj*: adjungere ſe comitem vitæ. Cicero ad Att. Epiſt. 44. *Far compagnia ad alcuno nel viaggio*. adjungere ad ſuum imperium acerbitatem naturæ, Cic. offic. 1. *Eſſer crudele, e imperioſo*, adjungere provincias ad imperium. Cicero. *Aggiungere di nuovo Provincie all' Imperio*.

Adjunctus, cta, ctum, conjunctus, Cicero. *Aggiunto, accoppiato, applicato, congiunto*.

Adjunctio, tionis, fœm. ge. *aggiunta*.

Adjunctor, toris, maſc. gen. Verbale, conjunctor, Cic. *Colui che aggiunge, ovvero uniſce*.

Adjurgium, gii, neutr. gen. Objurgium, contumelia. Cic. *Villania, rampogna*.

Adjurgo, gas, gavi, gatum, gare, & objurgo, reprehendo, Plaut. *Riprendere, dire villania, o rampogne*, particula autem, ad, auget ſignificationem aliquando.

† Adjuratus, a, tum, *Fatto giurare*. ut milites adjurati ad fidem, qui ſacramento adſtricti ſunt.

† Adjuratio, is, verbale, ab adjuro. *Giuramento, ſcongiuro*.

Adjuro, ras, ravi, ratum, rare, juro, Cicero. *Giurare con efficacia, giurare da dovero*, adjurare alicui, Ovid. *Promettere con giuramento ad alcuno*. Item nego, *Negare*, Servius. Item exorciſmis dæmones ejicio. *Scongiurare*, Lact. libro quarto: dæmones adjurati per Chriſtum de corporibus fugiunt.

Adjuto, tas, tare. Verbum Frequent. ab adiuvo. Cic. *Ajutare*, adjutare funus. Terent. *adoperarſi nelle eſequie*.

Adjutor, toris, m. g. adminiſter, Cic. & Cæſ. *Chi porge ajuto*.

Adjutorium, rii, ne. gen. *Ajuto*.

Adjutrix, tricis, fœmin. gener. Cic. *Ajutatrice, colei che porge aita*. Scelerum adjutrix, Cicero. *Ajutatrice nelle ribalderie*.

† Adjuvamen, is, n. g. *Sollievo, ajuto*. Opem, adjuvamen alicui afferre. *Ajutar alcuno*.

Adjuvo, vas, vi, tum, vare, adjumentum affero, ſuffragor, ſublevo, auxilior, opitulor, præſidium affero, præſidio ſum. Cic. *Ajutare, giovare, dar ajuto, ſoſtenere, dar appoggio*, adjuvare aliqem auxiliis, & copiis, Cicer. Epiſt. 7. *Ajutaro un' altro con le ſue forze*. Litteræ adjuvant ad percipiendam, colendamque virtutem. Cicer. pro Archia, *Le lettere giovano o per imparare le virtù, o per mantenerle*.

Adlaboro, ras, laboro, Cicero. *Affannarſi, faticarſi molto*.

† Adlectus, a, um. *Scelto, eletto*.

Adlubeſco, cis, Plin. *Compiacere a ſe*.

Admando, as, avi, idem, quod committo alicui, *Commettere*.

Admanum, quaſi adverbium, & una dictio, idem quod in promptu, *Apparecchiato*,

Admetior, tiris, vide Metior.

† Admetus, ti. Rex fuit, qui Alceſtem habuit uxorem, quæ Conjugis ægre e vivis exceſſum ferens mariti fato ſuccubuit, mortemque vice mariti oppetiit, quam poſtea ad virum ſuum ex inferis reduxit Hercules, precibus exoratus ab Admeto.

Adminiculo, as, lavi, latum, lare. Colu. *Ajutare*. ſeu adminiculor, verbum deponens, Cicer. *Ajutare, ſoſtentare, amminiſtrare, ſovvenire*.

Adminiculum, li, ne. g. adjumentum, ſubſidium, præſidium, & auxilium, C. *Ajuto, ſoſtentacolo, coſa da appoggiarſi ſopra*.

Adminiſter, tri, m. g. miniſter, C. *Miniſtro, che s' adopera a far eſeguire, o che fa qualche coſa*.

Adminiſtra, træ, f. g. Miniſtra, Cic. *Miniſtra*.

† Adminiſtratrix, cis, proprium fœminæ, quæ alicujus rei curam gerat. *Regolatrice, governatrice*.

Administro, ſtras, ſtravi, ſtratum, ſtrare, Gero, procuro, guberno, Cic. *Amminiſtrare, regere, proccurare*.

Admiiſtratio, onis, f. g. procuratio, curatio, & gubernatio, Cic. *Maneggio, e miniſterio*.

Adminiſtrator, toris, m. g. Præfectus, gubernator, moderator, rector, curator, procurator. C. & Cæſ. *Governatore, Rettore*.

† Admirabundus, qui diu miratur. *Chi ſta in atto di maravigliarſi*.

Admiratio, onis, f. g. admirabilitas, miratio. *Maraviglia, ſtupore, maraviglia per gran veduta*. affici admiratione, C. *Maravigliarſi*.

Admirator, toris, m. g. Quint. *Chi ſi maraviglia*.

Admirabilis, & hoc admirabile, admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, habens admirationem, C. *Mirabile, ſtupendo, e degno di maraviglia*.

Admirabiliter. Adv. qualit. Mirifice, mirum in modum, C. *Mirabilmente, maraviglioſamente*.

Admirabilitas, atis, f. g. admiratio, C. *Maraviglia, ſtupore*.

Admirandus, da, dum, ideſt admiratione dignus, C. *Degno di ammirazione, di maraviglia*.

Admiralus, li, m. g. Vives. *Ammiraglio*, aliter malaſſiarcha dicitur.

Admiror, raris, vel rare, ratus ſum, rari, Suſpicio, admiratione afficior, Cic. *Maravigliarſi, ammirare, mirare, eſtupefarſi, e reſtare ſtupefatto*. admirari aliquem, C. *Far eſtima, tener conto, o aver riputazione d'alcuno*, cōſtruitur cum accuſativo, vel ablativo mediāte præpoſitione, de: admiratus ſum brevitatem epiſtolæ tuæ; C. *Mi ſon maravigliato della brevità delle voſtre lettere*. admirari res geſtas, magnitudinem animi, ingenium, eruditionem alicujus, Cic. *Maravigliarſi, e far ſtima della grandezza dell' animo d' alcuno, &c.*

Admiſceo, ſces, cui, ſtum, & xtum, ſcere, idem, quod miſceo, *Meſcolare, miſchiare*.

† Admiſtura, ræ. f. gen. *Meſcolanza, il miſchiare una coſa con un' altra*.

Admiſtus, ſta, ſtum, Part. Miſtus, commiſtus, concretus, Cic. *Meſcolato, miſchiato, miſturato*.

Admiſtio, onis, f. g. concretio, C. *Miſtura*.

Admiſſarius, rii, m. g. Pro libidinoſo capitur, ut admiſſarius equus, Pl. *Lo ſtallone per generar cavalli*.

Admiſſio, nis, f. g. ab admitto, Pl. *Autorità, libertà di entrare ad un Principe*.

Admiſſionalis, m. g. Lampridius, *Portinaro, portiero*.

Admiſſivus, a, um, adject. unde aves admiſſivæ dictæ ab auguribus, quæ conſulentem juberent facere, Feſtus.

Admiſſura, æ, f. g. actio ipſa qua equi admittuntur ad coitum, ante tempus coitus, Silvius.

Admiſſus, ſa, ſum, incitatus, commiſſus, C. *ammeſſo, laſciato entrare*, Malum admiſſum, Cic. *Error commeſſo*.

Admitto, tis, ſi, ſſum, tere, recipio, intromitto, ſuſcipio, excipio, adhibeo, cōmitto, Cic. *Ricevere, introdurre, ammettere, accettare, e intromettere, fermare, e mandare*, admittere dedecus. Cicer. *commettere qualche difetto, peccato, ſceleraggine*, admittere equum, Liv. *dare la corſa, e carriera ad un cavallo*. admiſit equum equæ, Juſtinus, ideſt coire fecit. admittere aliquem in cubiculum, C. *Laſciare alcuno entrare nella camera*. admittere aliquē ad conſilium, Sall. *Ricevere alcuno al conſiglio*, admitto etiam eſt concedo. *concedere*. admiſit, ut fieret, *Ha permeſſo che ſi faccia*,

Admodulor, aris, vel lare, latus ſum, lari, Ovid. *cantare*.

Admodum, Adverb. quant. idem, quod Valde. Cic. *Grandemente, molto, e alquanto*. admodum adoleſcens, Cic. *Molto, o alquanto giovane*.

Admœnio, nis, nire, Plaut. *gettare le mura a terra*.

Admolior, liris, idē quod Molior.

Admoneo, nes, nui, nitum, nere, commoneo, moneo, ad memoriā alicujus rei aliquē excito. C. *Avviſare, ammonire, avvertire*, ad monere ad aurem, C. *Dire qualche coſa nelle orecchie ſecretamente*. Item percutio, *Percuotere*. conſtruitur vel cum accuſativo duplici, vel cum accuſativo perſonæ, ſed genitivo rei, ut admoneo te illā rem, aut illius rei: admonemus præſentia, commonemus præterita, monemus futura.

Admonitio, onis, f. g. Præceptum, & monitum. Cic. *Ammonizione, avviſo, avvertimento*.

Admonitus, tus, maſ. gen. admonitio, monitum, præceptum, C. *Avviſo, avvertimento, ammonizione*.

Admonitum, ti, ne. g. *Ammonizione*.

Admonitus, ta, tum. Particip. Monitus, C. *avviſato, avvertito*.

Admonitor, toris, maſ. g. Verbale, qui monet. Cic. *colui che ammoniſce, o avviſa*.

Admordeo, des, di, ſum, dere, Virg. *Mordere*.

Admordere aliquem, Plaut. *conſumare gli altrui beni, o la fama*.

Admotus, ta, tum, adhibitus. & admotus, tus, m. g. Pl. *avvicinamento, approſſimamento*.

Admotio, tionis, Applicatio, Cic. *avvicinamento*.

Admovendus, da, dum, adhibendus, Cic.

Admoveo, ves, vi, tum, vere, appono, adhibeo, porrigo, extendo. C. *approſſimare, appreſſare, porre appreſſo, avvicinare, applicare*. Violarum faſciculum ad nares admovere, C. *avvicinare, porre alle nari un mazzo di viole*. Oſcula admovere, Ovid. *Baciare, dar baci*. admovere ſtimulos alicui, Cicer. *Stimolarlo*. Admovere aurem, C. *aſcoltare*, admovere animum, C. *Eſſer attento*, ideſt applicare animum.

Admoveor, paſſivum verbi admoveo.

Admugio, gis, givi, gitum, gire. Ovid. *Muggire, riſpondere muggendo come fa la vacca al toro*.

Admurmuro, ras, ravi, ratum, rare, admurmurationem facio. C. *Mormorare, applaudere, fare applauſo*.

Admurmuratio, tionis, f. gen. approbatio, applauſus murmure factus, Cic. *Mormoramento, mormorio, applauſo*.

Admutilo, las, lavi, latum, lare, Pl. *Tagliare, mozzare, troncar aſſai*.

Adnaſcor, ceris, tus ſum, naſci, apud aliquem naſcor, Pl. *Naſcer vicino, d' appreſſo*. tamen adnaſci dicuntur membra in hominibus, quæ ſunt præter intentionem naturæ, aut quæ neceſſaria non ſunt, ut ſextus digitus in manu.

Adnato, tas, tavi, tatum, tare. Frequentativum a verbo adno, *Nuotare*.

Adnavigo, gas, gavi, gatum, gare, idem quod ad aliquem locum navigo, Pl. *Navigare a qualche luogo*.

Adnitor, teris, vel tere, ſus, vel nixus ſum, niti, idem quod applico, ſeu applicor, & valde nitor, C. *Faticarſi, o sforzarſi di fare qualche coſa, o impreſa*. adniti ad aliquid. C. *appoggiarſi, o ſtar appoggiato a qualche coſa*.

Adnisus, sa, sum, Virg. *Astretto, forzato.*

Adnixus, nixa, xum, idem quod adnisus.

Adno, nas, navi, natum, nare, Cæs. *Nuotare a qualche parte*, adnare naves, Cæs. *Nuotare alle navi.*

Adnotatio, is, ab adnoto, as, *Avvertenza, annotazione.*

Adnotator, ris, qui adnotat. *Chi ha l'avvertenza.*

Adnoto, Vide annoto.

Adnubilo, las, lavi, latum, lare, Stat. *nuvolarsi, farsi l'aria nuvolosa.*

Adnumero, ras idem, quod ad numerum addo. vide annumero. *Annumerare, contare, aggiungere al conto.*

Adnumeror, raris, vel are, atus sum, passivum ab adnumero, idem, quod adjicior, adscribor, *Esser aggiunto.* Cic.

Adnuncio, as, avi, idem quod nuncio, *Raccontare.* Cic. ad Att.

Adnutrio, tris, trivi, tritum, trire, Pl. *Nodrire appresso.*

Adobruo, bruis, brui, brutum, bruere, C. *Sotterrare, coprire del tutto.*

Adoleo, les, lui, & levi, tum, lere, Vir. Pl. *Offerire, sacrificare odori accesi, bruciare, e crescere, ed aumentare.*

Adolesco, scis, lui, & levi, adultum, lescere. idem, quod cresco, Vir. *Crescere in età, farsi grande.* adolescit ætas, & amor, Cicero. *Cresce l'età. l'amore.* cum significat cresco, attribuitur tam rebus animatis, quã inanimatis, corporeis, quam incorporeis: sic ratio adolescit, idest perficitur, viriditas cãporum adolescit, idest augetur.

Adolescens, tis, co. g. Ephebus, juvenis, pubes, Cic. *Giovane maschio, e femmina sopra dodeci anni.*

Adolescentia, tiæ, fœm. g. Iniens ætas a 14. anno usque ad 25. & 30. annum, C. *giovinezza, adolescenza, età di quattordici insino a' 25. o 30. anni.* ab ineunte adolescentia, *dalla gievinezza, o dal principio della giovinezza.*

Adolescentor, aris, ari. Varro. *crescere sopra modo.*

Adolescentulus, li, m. g. admodum adolescens. Dimin. C. *giovanetto.*

Adolescenturio, is, ivi, verbum desiderativum, vel inchoativum, idest adolescentium more facio. Lambertus.

Adolescens, fæ. g. adolescentula. Ter. *giovanetta.*

Adoleschus, hujus doleschi, Cic. *cianciatore*, vox græca.

¶ Adonia, orum, festa Adonidi dicata, Ammian.

¶ Adonis, idis, filius Cyniræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit, formositate præcellentem, Hic apri dente sub inguine percussus interiit. Venus miserata in florem Adonium, qui est sanguinei coloris, eum transformavit. Ovid.

Adonai, dictio Hebraica, Valet idem, atque Dominus. *Signore*, quã vocem Hebræi sæpe legunt loco Jehovah, quod nomen Jehovah habent pro ineffabili, ideo ejus loco aut legunt Adonai, aut Elohim.

Adoperio, ris, aperio, Liv. *aprire, coprire.*

adopertus, ta, tum, Ov. *Coperto, aperto*, Æther adopertus nubibus, Ovid. *Il cielo coperto di nuvole.*

adopto, tas, tavi, tatum, tare, Filium instituo, vel facio, Cic. *Eleggere, adottare un figliuolo, cioè torlo per figliuolo d'anima*, adoptare se alicui, Pl. *accompagnarsi ad alcuno.*

adoptator, toris, m. g. Gel. *adottatore.*

adoptatio, tionis, f. g. Senec. *adottazione.*

† adoptatus, a, um, particip. ab adopto. *Eletto, adottato.* In filium adoptatus, *Eletto per figlio.*

adoptio, nis. idem, quod adoptatio.

adoptivus, i. ma. g. *Figliuolo adottivo*, idest, qui in adoptionem venit, Pl.

adoptivus, va, vum, Cic. *cosa adottiva.*

adoptivus, vi, m. g. Gel. *adottivo.*

ador, n. g. indeclin. Nonius, Ausonius; & genit. adoris tantum, *Sorte di frumento usata nei sacrifizj.* Vide adoreum, & adorea, quæ omnia dicta sunt ab edendo.

adoratio, tionis, f. g. Pl. *adorazione.*

adoreus, rea, reum, Virg. *cosa di frumento nomato adoreo.*

adorea, reæ, f. g. Pl. *gloria di vittoria.*

adoreum, rei, neu. ge. idem, quod Far. Col. *Farro.*

adorior, riris, adortus sum, idem, quod aggredior, & invado, Cic. *assaltare, assalire all' improvviso, impetuosamente*, adoriri aliquid facere, Cic. *dar principio, incominciare a fare qualche cosa*, adoriri aliquem a tergo, Liv. *assaltare alcuno di dietro*, adoriri aliquem inermem, ac imparatum, Cic. pro Mi. *assaltar alcuno senz' armi.*

adorno, nas, navi, natum, are, Orno, instruo, paro, & comparo, C. *adornare.* Boc. *Metter all' ordine, apparecchiare*, adornare aliquem, Cic. *Intestare, o persuadere alcuno.* crimen adornare, Cicer. *Fingere, immaginare una colpa*, adornare bellum, Cic. *apparecchiare la guerra.* adornare petitionem magistratus, Cic. pro Mil. *apparecchiare tutte le cose per ottenere il magistrato.*

adoro, ras, ravi, ratum, rare, Apul. Liv. *adorare, riverire, inginocchiarsi umilmente*, dictum ab ore, quia veteres inter adorandum manum ori admovebant, Apul.

adoratio, nis, f. ge. cultus, *L'adorazione, riverenza*, Pl.

adortus) vide (adorior.
adplumbo) (applumbo.

adposco, scis, scere, idem, quod Flagito, Hor. *dimandar con istanza.*

adprecor, caris, vel care, catus sum, idest vehementer precor, Hor. *pregare caldamente.*

adprime, & adprimum. Vide apprime.

adprimus, idest, Longe primus, Li. *primo, innanzi a tutto.*

adprobus) (approbus.
adprobo) (approbo.
adpromissor) vide (appromissor.
adpropero) (appropero.
adpropinquo) (appropinquo.

adpugno, as, avi, atum, are, Pugno, prælior, dimico, & pugnis certo. Tac. *assaltare, combattere.*

adpulsus, sus. masc. gen. Vibratio, adpulsio, *Spinta.* item accessus pecorum ad aquam, *il menare i bestiami all' acqua.*

adquiesco, scis, scere. Quiesco, conquiesco, Cic. *acchetarsi, acquietarsi.* Vide acquiesco.

adrastia, æ, f. g. nomen Deæ, quæ scelera ulciscitur.

adria, æ, m. g. *il mare adriatico; il mare di Venezia.*

† adrianum vinum, *Vino di Mare*, quod ab ultimis maris finibus affertur.

adriaticus, a, um, *cosa che appartiene al mare adriatico*; mare Adriaticum, seu Mare superum, *il Mare di Venezia, o golfo di Venezia.*

adrado, radis, rasi, rasum, radere, Colum. *Radere basso.*

adrepo, pis, psi, ptum, pere, Pl. *appiccarsi, aggrapparsi a qualche cosa.*

¶ adrumo, as, teste Festo, rumorem facio, sive commurmuro, *far rumore.*

¶ adruo, as, servat ad in compositione, præter regulam aliorum, propter euphoniam, significat arando subruo. *Rivoltar sotto sopra con l'aratro.*

adrodo) (arrodo.
adrogo) vide (arrogo.
adscribo) (ascribo.

† adscriptitii, qui facile adscribi possunt, ut milites adscriptitii, qui facile militiæ adscribuntur, *chi si scrive alla milizia.*

adsector) (assector.
adsentio) (assentio.
adsentior) vide (assentior.
adsequor) (assequor.
adsero) (assero.

adservo. Vide asservo.

adsevero. Vide assevero.

adsestrix, cis, f. g. *Donna, che siede appresso un'altra, o che consiglia un' altra*, fæmininum ejus, quem in maribus dicimus adsessorem, vide assessor.

adscisco, vide ascisco, approbo, & recipio.

adscribo, bis, psi, ptum, bere, & ascribo, appono, adjungo, addo, Cic. *attribuire, e scrivere insieme, aggiungere.*

Ad-

Adsignifico, cas, cavi, tum, care. Var. *Dinotare, significare, far conoscere, dar ad intendere.*

Adsigno) (assigno.
Adsilio) vide (assilio
Adsimilis) (assimilis.
Adsimulo) (assimulo.

† Adsipio, is, *Saper avanti, prevedere.* antiquum, & obsoletum tamen videtur.

adsisto, stis, obsisto, me oppono, & contrasto, Cic. *Far resistenza, opponersi contrastare, contraddire.*

adsitus, sita, situm, Pla. *Piantato, o seminato appresso.*

adsolet. Vide assolet.

adspuo, puis, pui, putum, spuere, Pl. *Sputare contra alcuno per disprezzo.*

adstipulor, ris, assentior, adsentior, *Acconsentire, Concordarsi con alcuno.* Adstipulari alicujus sententiæ, *Favorire, aggiungersi al parere d'alcuno.*

adquo, idest, quantum, *Sino a quanto.* Afranius.

adstituo, tuis, tuere, Auctor ad Heren. *Porre appresso, appressare.*

adstrepo. Vide astrepo.

adstringo, Vide astringo.

adstruo. Vide astruo.

adsum, des, esse, præsens sum, intersum, & præsto sum. Cic. *Accostarsi, venire, favorire, ajutare, difendere, esser, o trovarsi presente, assistente.* adesse pugnæ, Cic. *Esser presente al combattere.* adesse, Plau. *Venire, o giungere.* adesse, Vir. *Arrivare, sopravvenire* In aliquo adesse loco. Pla. *Restare, o fermarsi in qualche luogo.* ades animo, Cic. de Somn. Scip. *Sta di buon coraggio*, non solum corporibus, sed etiam animis adesse. Cic. pro Sylla, *Esser non solamente presenti, ma ancora attenti*, adesse animo, Cic. est enim vigilare, cogitare.

Ad summum, Cicer. *All'ultimo, in somma, al più, per il più*, Pro eodem ponitur ad summam, *all' ultimo, in summa.*

† Adtestatus, ta, tum, *Attestato, confermato, testificato.*

Adtexo, is, texui, textum, texere, Var. *Tessere, attaccare una cosa all'altra.*

¶ Ad tempus, per aliquod spatium tẽporis, Ci. *A tempo, ãdar pian piano.*

Adtibernalis, & hoc adtibernale. Festus. *Taverniero.*

† Adtritus, ta, tum, *Spezzato, ridotto in pezzi.* Nonnunquam sine compositione sumitur substantive, verboque sum, es, est, conjungitur: adtritum est hoc, significat, *Esser chiaro, manifesto*, est trita sententia, *è parer vecchio.*

Adtondeo, des, adtondi, adtonsum, adtondere, Plau. *Tondare, tosare.*

Advectio, onis, f. ge. Verb. adveho. Plin. *Portatura, condutture.*

Adveho, his, xi, ctum, here, Cicer. *Portare, condurre a carico, portare sopra giumenti, o in carro.* advehere per mare. Plaut. *portar per mare.*

Advectitius, tia, tium. *Cosa portata.*

Advectus, cta, ctum, particip. Cic. *Portato, nome aggettivo.*

Advectus, ctus, Verbale. Fac. *Portatura, sostantivo.*

Advecto, ctas, ctavi, ctatum, ctare. Frequent. Tac. *Portare spesso.*

Advelo, las, lavi, latum, lare, Vir. *Coprire con velo, velare.*

Advelitor, aris, atus, sum, idem, quod velitor, *Scaramucciare.*

Advelitatio, nis, f. ge. *Scaramuccia*, vide velitatio, & velitor.

Advena, næ, com. gen. Verb. ab advenio, peregrinus, hospes, Cicero. *Peregrino, pellegrino, forestiero, di altro paese.*

Advenæ volucres. Va. *Ucelli forestieri*

Adveneror, raris, vel rare, ratus sum, ratum, rari. Var. *Riverire, onorar molto, adorare.*

Advenio, nis, ni, tum, nire, accedo, & appropinquo. Cic. *Venire, approssimarsi, accostarsi, arrivare.* Cum illo advenio. Ter. *Quando giungo a quel luogo.* Quicquid advenerit ferendum, Cic. *Sopportisi ciò, che avverrà.*

Advento, tas, tavi, tatum, tare, idem quod Accedo, Appropinquo, advenio, Cic. *Approssimarsi, venire, giungere, avvicinarsi.* Adventat senectus, Cic. *La vecchiezza si approssima.*

Adventor, toris, mas. gen. Verbale, Qui officinam sive Tabernam frequentat. *Avventore, che continua, o frequenta una bottega.*

Adventorius, ria, rium, ut Adventoria Epistola, Mart. *Epistola che avvisa la venuta di qualche amico, ma prima che ci venga.*

Adventus, tus, ma. ge. Ver. accessus, Cic. *La venuta, giunta, arrivata.*

Adventitius, tia, tium, Fortuitus, insperatus, non quæsitus. Cicer. *Avventizio, d'altrui paese, e accidètale, che vien altronde senza opera, o colpa nostra.* Auxilium adventitium. Cic. *Ajuto esterno, di fuora via.* bona adventitia dicuntur apud J. C. quæ non ex recta successione patris, aut matris, sed casu eveniunt. Cic. 3. Verr.

Adverbero, ras, avi, idem quod verbero, *Battere.* Stat.

† Adverbialiter, *Avverbialmente, in modo di Avverbio.*

† Adverbium, ii, *Avverbio.* pars Orationis indeclinabilis.

Adversa, orum, plu. n. g. Ovid. *Avversità.*

Adversarius, ria, rium. Oppositus, inimicus, hostis, & adversus, Cic. *Avversario, nemico.*

Adversaria, orum, ne. ge. plu. num. præscriptiones, Ephemerides. *Memoriale, schizzo, libro di ricordi, lista cotidiana, giornale*, proprie erant tabulæ, in quibus res confuse referebantur, ut postea in aliis tabulis cum ordine describerentur. Cic. pro Roscio, & Budæus ex illo loco.

Adversator, ris, m. ge. Ver. adversarius. *Contrario, avversario, nemico.*

Adversatrix, tricis, fœ. ge. Verbale. Terent. *Contraria, avversaria, dalla parte avversa, nemica.*

Adversitas, tatis, fœ. gen. contrarietas, repugnantia. Plin. *Avversità, contrarietà, repugnanza, e inimicizia.*

Adversio, onis, fœ. gen. dictio usitata apud Jurisconsultos: aliquid emere in adversione, idest, rem emere cum hac conditione, ut omnis adversus casus ab emptore suscipiatur. Budæus.

¶ Adverso, as, antique dictum pro verso. Plaut. in Rud. animo adversavi sedulo.

Adversator, toris, ma. ge. Ter. *Il servo, e ragazzo, che va ad incontrare, o levare il Padrone, quando è l'ora d'accompagnarlo a casa, o in qualche luogo.*

Adversor, aris, vel are, atus sum, atum, ari, repugno, obsisto, contravenio, contrapugno, adversarius sum, in aliquem eo, resisto, reclamo, objecto. Cicero. *Opporsi, contrapporsi, contrastare, contrariare, impedire, ripugnare, resistere, ovviare*, adversari alicui, Cicer. *resistere, contrapporsi ad alcuno.* Libidini alicujus adversari. Terent. *Opponersi, e ovviare a qualche sfrenato pensiero d' alcuno.* adversari dignitati alicujus. Cic. pro Sylla. *Opponersi alla dignità d'alcuno*, adversante, & repugnante natura. Cic. Offic. 2. *Mentre che la natura stessa ripugnava*: & pro adversor ab antiquis dicebatur adverso.

Adversum, si, neu. gen. Sub. res adversa. Terent. *Avversità, cosa ripugnante.*

Adversus, sa, sum. Nomen ex participio, & participium ab adverso, Oppositus, repugnans, contrarius, incommodus, Cic. Sallust. *Sconvenevole, contrario, e ripugnante, e che ritorna verso qualche luogo, e contrapposto.* Solem adversum intueri. Cic. *Mirare per diritto il Sole*, ærumna adversa. Ter. *Calamità.*

Adversior, & hoc adversius, Comparativum, repugnantior, Plin. *più avverso, contrario, repugnante*

Adversissimus, ma, mum, Superl. maxime adversus, vel quam maxime repugnans, Cæs. *Sommamente contrario, contrarissimo.*

Adversum, & adversus, contra, & erga, versus, præpositiones accusativo servientes, Terent. *Contra, verso, in verso.* adversus Edictum. Terent. *contra l'editto*, adversus homines. Cicer. *Verso gli uomini*, adversus te. Terent. *Inverso te.*

Adverto, tis, ti, sum, tere, observo, attendo, & animadverto. Cic. *Voltare, rivolgersi, voltarsi, e ritirarsi, far la guardia, star attento*, & Virg. *rivoltarsi a qualche cosa.* Oculos advertere. Plin. *Volgere gli occhi ad alcuna cosa.* Item observo. Cic. *osservare*, animum advertere. Item significat curo, *Aver cura.* Item allicio, Plin. Senec. epist. 10. multa in Euphrate docti advertant,

& alli-

& alliciant.

Advertitur, imperſonale paſſivum ab adverto.

adveſperaſcit, verbum defectivum. *Faſſi ſera, viene la ſera, ſi avvicina la notte, ſi fa notte.*

advigilo, las, lavi, latum, lare. Terent. *Eſſer vigilante, vegghiare ad una impreſa, Stare attento, vigilante, è con gli occhi aperti.* Alicui advigilare, Tibullus. *Vegghiare per alcuno operando*

advivo, vivis, xi, ctum, vere. *vivere.*

adulatio, tionis, f ge. Verb. aſſentatio, Cic. *Adulazione, luſinga.*

adulator, oris, m. g. Verb. aſſentator, Cic. *Alulatore, luſinghiere.*

† adulatorius, Adject. Tab. *coſa adulatoria.*

adulatrix, tricis, f. gen. Virg. Cicer. *Adulatrice.*

adulor, aris, vel are, atus ſum, atum, ari, adulo. Blandior, aſſentor, omnia ad voluntatem loquor, nihil ad veritatem, Cic. *Adulare, compiacere, luſingare, carezzare, far feſta, andar a verſo,* attribuitur etiam canibus, cum dominis blandiuntur caudæ vibratione, veteres autem etiam dicebant adulo. Vocabulum autem adulandi ductum videtur a voce græca dulos, ideſt ſervus, quia ſervile eſt adulari.

adulter, teri, maſcul. gener. Unde adultera, teræ, femin. gen. Mœchus, alienæ conjugis corruptor, Cic. *Adultero, adultera.* Nocturnus adulter. Horat. *Adultero, che va di notte* Dictus eſt adulter, inquiunt Grammatici, ex ad, & alter, ſeu altera, quod ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferat.

adultero, ras, ravi, ratum, rare, Corrumpo, & ſtupro. Cicer. *Adulterare, giacerſi con donna maritata,* & proprie, *Entrare nel letto d' altri.* Novercam ſuam adulterare. Mar. *Commetter adulterio con ſua matrigna.* Adulterare judicium, Cic. de amicitia. *Corrompere il giudizio.* Adulterare tabulas, Cic. pro Roſcio, *Falſificare le ſcritture.* adulterare claves *Contraffare le chiavi.*

Adulterator monetæ, Claudius Saturninus, *Chi fa monete falſe, monetario.*

adulteror, ris, vel are, atus ſum, atum, ari. Deponens verbum, Cicer. *Adulterare, falſificare, falſare, contraffare.*

adulteratus, ta, tum, Plin. *Falſificato, coſa falſato, contrafatta,* Adulteratus nidus, Plin. *Nido adulterato, letto violato con adulterio.*

adulterinus, na, num, adumbratus, fictus, non verus, Cic. *Baſtardo, falſificato, coſa finta, falſa, contraffatta.* Nummi adulterini, Cic. *Moneta falſa, danari falſi.* claves adulterinæ, *Chiavi falſe.*

adulterium, rii, n g. Stuprum. Liv. *Adulterio, contraffazione di matrimonio.* Adulterium committere, Quint. *Commettere adulterio.*

Adultus, ta, tum, ab adoleſco, ſive part. ſive potius nomen. Ut juvenis, qui in flore ætatis eſt. Cic. *Creſciuto, giovane, adulto, fuori della fanciullezza,* ætas adulta. Tac. *Età grande.* Virgo adulta. Cic. *Vergine da marito,* Ab Ovidio appellatur patiens viri, aut toro apta.

adumbro, bras, bravi, bratum, brare, Effingo, & imitor, Cic. Col. *Adombrare imitare, ritrarre, coprire, ombreggiare, e contraffare,* Morem alicujus adumbrare, Cic. *Imitare, contraffare i coſtumi d' alcuno.* Item deſcribo, *Diſegnare.* Cic.

adumbror, ris, paſſivum adumbro, fingor, exprimor, *Eſſer adombrato, e deſcritto.*

adumbratus, ta, tum, par. & aliquando nomen ex participio. Fictus, non verus, Cic. Adumbrata lætitia. Tacit. *Finta allegrezza.* Item non abſolutus, *Incominciato, diſegnato, ma non fornito, o eſpreſſo, o dipinto chiaramente.* Item obſcurus, *Oſcuro, ombroſo.* Cic. ut adumbrata virtutum ſigna habere, ideſt obſcura.

adumbratio, tionis, f. g. Verb. Cic. *Prima abbozzatura, lineamento d' una pittura.*

adumbramentum. Luc. *Oſcuramento, ombreggiamento.*

aduncus, ca, um, Cic. *Piegato, uncinato, adunco,* Roſtrum aduncum, *becco adunco, e piegato di uccello.*

aduncitas, tatis, fœm. gen. Cic. de Nat. Deor. *Piegatura di mani.*

adunguem, Hor. *Perfettamente, compiutamente, a puntino, a punto.* Dant.

aduno, nas, navi, natum, are. Pl. *Adunare, metter inſieme, ragunare.*

¶ adunum, ſignificat omnes nullo excepto, Curt. *Tutti niuno eccettuato.*

Advocatus, ta, tum, partic. vocatus Cic. *Chiamato.*

advocatus, ti, m. g. ſubſt. Quint. *Avvocato, difenſore.* Per advocatum defendi. *Eſſer difeſo da avvocato.* differt a patrono, ſeu cauſidico, quod cauſidicus eſt is, qui agit cauſam alterius, advocatus autem erat, quicumque alteri in cauſa aſſiſtebat quocumque modo, ſive agebat, ſive non.

advocatio, onis, f. g. Verb. Cic. Liv. *Ufficio di avvocato, e concorſo di molti chiamati in Senato a conſultare.*

† advocito, as, Frequentativum, *Chiamare ſpeſſo a ſe*

Advoco, cas, cavi, catum, care, acccerſo, & in auxilium voco. Cicer. *Chiamar a conſiglio.* Advocari dicitur concio, *Sonare la predica.* Ricc. lib. 3. imit. cap. 60.

advolo, las, lavi, latum, lare, ad aliquem volo, Plin. *Volar ad alcuna parte, e verſo qualche coſa,* In locum aliquem advolare, Plin. *Volar verſo qualche luogo.* Item accurro invado, *Arrivare correndo.* conſtruitur autem cum accuſativo, vel ſine præpoſitione, ut advolare Romam, aut roſtra, apud Ciceronem, vel cum præpoſitione in, ut apud eumdem, advolare in informem anum, vel cum prepoſitione ad, ut apud eumdem, advolare ad aliquem, i. venire.

Advolatus, tus, m. g. Cic. *Il volo.*

Advolvo, vis, vi, lutum, lvere, *Avvolgere, avviluppare, volgerſi verſo qualche luogo,* advolvere lapidem, Virg. *Avvolgere, voltare la pietra.*

advorſor, idem quod adverſor.

advorſum, pro adverſum, & advorto, pro adverto, interdum legitur. Ter. *Contro.*

¶ ad votum, id eſt ex ſententia. Quint. *Secondo il ſuo deſiderio, a ſua voglia.*

adurgeo, ges, ſi, gere, vehementer urgeo, Cel. *Stringere con forza.*

aduro, is, uſſi, ſtum, rere, idem, quod uro, Cic. *Ardere, bruciare, abbruciare.*

aduror, eris, paſſivum ab aduro, idem quod cremor, uror, *Eſſer abbruciato.* Cic. Aduſtus, Liv. *Bruciato, abbrucciato, arſo.*

aduſtio, onis, f. g. Verb. Plin. *Arſamento, abbruciamento, bruciamento, arſezza.*

aduſque, dictio compoſ. ex duabus præp. pro uſque ad Virg. *Fino a.*

Adytum, neu. g. ſive aditum, locus interior templi, ad quem nulli eſt aditus niſi Sacerdoti, Virg. *Luogo dove entrano pochi, come un ſecretario.*

A E

Æ, Diphthongus eſt.

Æas, atis, Luc. Flumen Epiri, ex Macedonia defluens im mare Jonium.

Æacides, Patronymicum, *Achille, Pirro.*

Ædepol, Jurandi adverbium tam viris quam mulieribus conveniens, ideſt per ædem Pollucis, Cic. *Per il tempio di Polluce, certo per mia fe.*

Ædes, ædis, f. g. in ſing. Sacra domus, & templum, Ovid. *Tempio. Chieſa,* ædes ſacra. Cic. *Chieſa Sacra, dedicata.* ædes, dium, dibus, fe. gen. in plurali, *Chieſe, tempj, caſe,* ædibus in mediis, Virg. *Nel mezzo della caſa,* ædicula, ædiculæ, f. g. Dimin. in Luc. Cic. *Chieſetta, capella.* Ædicula, Pli. *Caſſetta delle imagini.* Ædicula Plaut. *Cameretta* Ædæcul, arum, f. ge. plur. num. Cicer. *Caſſette.* ædes autem in ſingulari aliquando poſita eſt pro ſepulchro apud Ovid. in epiſtola Didus: eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus. Cicer. autem nunquam poſuit ſingularem ejus numerum pro domo, invenitur tamen apud Quint. Curtium de rebus geſtis Alex. M.

Ædifico, cas, cavi, catum, care, comp. ex ædes, & facio, Extruo, exædifico, conſtruo, parietem duco, facio, Cicer. *Edificare, fare una caſa fabbricare,* urbem ædificare, Cic. *Fabbricare una Città.*

Ædificatio, nis, f. ge. Verb. ædificium, *Ediſizio, fabbrica.* ipſa actio ædificandi, vel opus ædificatum.

Ædificiuncula, læ, f. gen. Diminut. parvum ædificium, Cic. *Fabbrica picciola.*

Ædificator, oris, maſ. ge. Verb. conſtructor, Cicer. *Edificatore, muratore.*

Ædificium, cii, neu. gen. ædificatio, Plin. *Edificazione, fabbricazione.*

† Ædilatus, tus, dignitas ipſa, qua cura ædium cum ſacrarum, tum privatarum obtinebatur.

Ædilis, hujus lis, m. g. Cic. *Edile, maeſtro ſopra le fabbriche ſacre. e pubbliche, Signor ſopra le fabbriche,* Magiſtratus Romanus, qui curam gerebat ædificiorum civitatis, platearum, aquæ conductuum, cloacarum, ludorum publicorum, & nonnullarum aliarum rerum: ædilis curalis, cui currus dignitas permiſſa fuit.

Ædilitas, tatis, f. ge. *offizio, che è ſopraſtante alle fabbriche.*

† Ædiliratus, us, idem ac ædilatus, & dicitur etiam ædilitas, tis.

Ædilitius, tia, tium, Cic. *Coſa pertinente al governo delle fabbribe.*

Ædilitius, Subſt. ædificationum præfectus. Cic. *Chi è ſtato propoſto alle fabbriche, chi è ſtato Edile.*

Æditimus, mi, ma. gen. ædium ſacrarum æditaus, cuſtos, Varro. Cic. *Sagreſtano, guardiano di Chieſa, ſacriſta.*

Æditũor, &) idem, quod ædem
Ædimimor,) tueor.

Æditaus, tui, m. g. idem quod æditimus, Cic. *Sagreſtano, ſacriſta, guardiano, cuſtode di Chieſa.*

Ædon, dictio triſyllaba, hujus aedonis, fæ. ge. Philomela, & luſcinia. Virg. *Il Ruſignuolo uccellino.*

† Æga, gæ, fœm. gen. Urbis proprium in Sithoria.

† Ægea, æ, fæ. ge. nomen Reginæ Amazonum, a qua Ægeum mare nomen prælibavit.

Æger, gra, grum, & ægrotus, Cic. *Malcontento, affannato, afflitto, paſſionato, infermo, dolente, di mala voglia, debile.* æger amore, Liv. *afflitto per amore.* Æger autem tam de corpore, quam de animo dicitur, unde accipitur pro eo, qui affligtatur dolore corporis, aut animi. Præterea attribuitur rebus inanimatis, ut reſpublica ægra, ideſt afflicta, ſeu oppreſſa: ac civitas ægra, & labens, utrumque apud Cic.

† Ægerrimus, a, um, Superlat. ab æger. *indiſpoſto da ogni parte, ripieno d'infermità,* ſæpe ad animi morbum refertur, & pro melancholia uſurpatur, ut animi ægerrimi, Virg. *l'uomo di animo molto malinconico, confuſo, travagliato.*

Ægeon, antiquum nomen Neptuni, & nomen eſt gigantis, dicti Briatrus.

Ægæum mare. *L' arcipelago, nei nomi proprii.*

Ægilos, pis, f. ge. Plin. *Orabanche avena.* Ægilops, Celſ. *Fiſtola picciola tra le nari, ed il cantone dell' occhio.*

Ægis, idis, fœm. gen. genus ſuperindumenti militaris a Vulcano ex ære fabricatum ad munimentum corporis, in quo Meduſæ caput ſculpſit: Quod ſi numinis munit corpus, ægis dicitur: ſi hominis, lorica, cæ

¶ Ægoceros, otis, ſignum cæleſte eſt, *Capricorno.*

¶ Ægoceras, herba eſt, *Fien greco.*

Ægroga, Vide ecloga.

bene, adverb. probe, præclare, valde, commode, bona ratione. Cic. 3. Off. *bene, comodamente, felicemente.* Bene longus, Cic. *Molto lungo.* Bene ante lucem. Cic. *buon pezzo avanti giorno.* bene mereri de aliquo, est beneficia alicui conferre, sicut contra, male de aliquo mereri, est nocere, *Far del ben ad alcuno, o male.* Bene velle alicui, est amare, *Amare alcuno.*

† bene audire, *aver buon nome.*

benedico, cis, xi, ctum, cere, Cic. pro Sex. *Laudare, benedire.* benedicere alicui, Cic. *Dire bene, laudare alcuno.*

D Be-

benedictum, cti, n. g. Terent. Cic. l. 2. de Nat. Deor. buona parola.

benedictus, a, um, adject. benedetto. Unde benedicte, adver. Amorevolmente, con belle parole. Pla.

† benedicus, ca, cum, benedico, chi loda.

benedoctus, cta, ctum, Assai dotto.

benefacio, cis, feci, ctum, cere, Benedico, afficio, & orno, benigne facio, beneficium tribuo, bene mereor, & promereor, beneficium confero, beneficio complector, Giovare, far bene ad alcuno, collocar il beneficio in alcuno.

benefactum, cti, neut. ge. Substant. Recte factum, & honeste factum, Cic. ben fatto, cosa ben fatta.

beneficentia, tiæ, f. g. Liberalitas, benignitas, Cic. l. 2. de Nat. Deor. Liberalità, cortesia, beneficenza.

beneficium, cii, n. g. benefactum, meritum, promeritum, officium, gratia, munus, Cic. Ter. beneficio, piacere, grazia. Beneficium bene collocare. Cic. Ripor bene il beneficio, cioè far piacere a chi lo merita, a chi non è ingrato.

beneficiarius, rii, m. g. Cæsar lib. 1. Chi ha ricevuto beneficio, alcuno che cava utile d'un officio senza esercitarlo, e il vassallo.

beneficus, ca, cum, benignus, & benigne faciens. Cic. benefico, chi volentieri fa piacere, e serve liberalmente.

benemereor, quasi una dictio composita ex bene, & mereor, idem est, quod benefacio alicui. Cic. Far ben ad alcuno. Unde

benemeritus, a, um, participium, Chi fa bene ad alcuno. Cic.

† Beneventum, ti, benevento. Hirpinorum Civitas ita dicta a bono auspicio, quod ceperunt, qui coloni illuc tendebant; nam antea maleventum dicebatur.

benevolus, la, lum, benemerens, beneficus, liberalis, amans, Cic. benevolo, amorevole, benigno, uomo cortese, liberale, che fa volentieri beneficio.

benevole, Adverb. benigne, amice, Cic. de Amic. benignamente, amorevolmente, di buona voglia.

benevolentia, tiæ, f. g. Charitas, bona gratia, studium, Cic. Amicizia, amore, benevolenza, amorevolezza. Captare benevolentiam, Cic. Acquistar benevolenza.

beneficentior, & beneficentissimus, gradus compar. & sup. a beneficus, Più benefico. Cic.

benevolens, adject. idem, quod benevolus, benevolo, benigno. Unde

benevolentior, comp. Più benevolo &c.

benevolentissimus, ma, mum, Cic. molto benevolo, amicissimo, amorevolissimo.

benignus, gna, gnum, Liberalis, munificus, Cic. Liberale, che dona volentieri, cortese, benigno, grazioso. Item uber, fertilis, Fruttifero. Cic. & Pl. Tellus benigna, i. ferax, fertilis.

¶ benigniter, idem, quod benigne, benignamente, liberalmente.

enigne, Adv. Comiter, liberaliter. Ter. Cic 1. de Offic. Liberalmente, largamente, in copia, benignamente, graziosamente, dolcemente.

benignitas, tatis, f. g. beneficentia, clementia, liberalitas, comitas, humanitas, Cic. 1. Off. Ter. Eun. Liberalità, benignità, cortesia, larghezza.

benna, næ, f. g. Cat. Sorte di carretta.

beo, as, avi, atum, are, Pl. Hor. Teren. Far beato, far soprano, donar felicità. Semet beare, Far beato se stesso, cioè darsi del tutto a' piaceri, item consolor, Consolare.

† berecynthia, tiæ, Nomen, quo cognominatur Cybeles a monte Phrygiæ berecyntho: Cebeles vero a monte Cybelo, in quo primum ejus instituta sunt sacra. Nuncupatur etiam mater Deorum, quia omnia gignit, & mater phrygia a monte pariter phrygiæ, dindymo, in quo per Corybantes sacrificia sibi instituit.

¶ bergomum, Bergamo, nei nomi proprj.

¶ benelinguatus, eloquens, linguax.

bergitum, Urgel Città della Spagna.

beryllus, li, Pli. berillo pietra preziosa.

bes, sis, sive bessis, sis, m. ge. Cic. Peso di ott' once. Compositum, seu derivatum ab asse. vide as supra.

bessalis, & hoc bessale. Vitr. Che pesa ott' once.

bestia, stiæ, f. g. bellua, Cic. bestia, animale senza ragione, belva.

bestiarius, rii, m. g. Qui cum belluis pugnabat in publicis locis, Cic. pro Sex. Condannato a combattere con le bestie.

beta, tæ, foe. g. Pl. beta, erba detta bietola, o bieta.

beticus color, sive Hispan. Mar. vide Bæticus.

betonica, cæ, f. g. Pl. bettonica erba.

beto, tis, Plaut. in Cur. Andare.

betula, æ, f. g. arbor virgis apta, unde lictores fasces conficiebant. Pl.

B I

BIas, antis. Qui sapiens habitus est inter septem.

biaria, barza Città di Spagna ne i nomi proprj.

bibax, & bibosus, qui est bibendi avidus, vel nimius potator. bevitore. Gel. lib. 1.

¶ bibaculus, dimin. a nomine bibax, qui largius, & frequentius bibit.

bibacitas, tatis, f. g. nimia ad bibendum propensio. Eccessivo bevere.

bibaculus, m. g. Dim. bevitorello.

biblia, orum, n. g. pl. n. biblia, libri sacri, così per eccellenza detti.

bibliographus, phi, Scrittore di libri.

bibliopola, læ, m. g. Mart. Libraro, che vende libri.

bibliotheca, cæ, f. g. Cic. ad Sculp. Libraria, studio.

biblio, is, ivi, itum, re, Verbum factum per onomatopoejam a similitudine soni, qui fit in vasis, cum quis inter bibendum efflat. Fest.

bibo, is, bi, tum, bere, poto, perpoto, poculum exhaurio, vinum exhaurio, sorbeo, Mart. Virg. l. 1. bevere. Bibere more græco, Cic. bevere alla Greca, cioè sporcamente. Aut bibat, aut abeat. Cic. O beva, a vada via. Item studiose audio aliquem, Hor. Sentire, udire. Pugnas bibit, idest audit. ejus passivum reperitur apud Juv. Aconita bibuntur.

bibracte, Padue castello de gli Svizzeri, nei nomi proprj.

bibulus, la, lum, Hor. chi beve volentieri.

bibula carta. carta sugherina, nell'esercitazione del Vives.

bibulus lapis, Virgil. Pietra pomice. Falernum autem bibulum apud Horatium passive usurpatur, idest, quod potatur, aut sumitur, pro generoso, aut porti vino.

biceps, pitis, adje. Pl. Che ha due capi.

biclinium, nii, n. g. Plin. Luogo, dove sono due letti.

bicolor, loris, adject. Ovid. 1. Met. Di due colori.

bicornis, & hoc bicorne, Ovid. di due corna, bicornes furcæ, Virg. Forche di due punte.

bicorpor, ris, com. gen. Cic. Di due corpi.

bicubitalis, bitale, Plin. 10. cap. 33. Alto di due cubiti.

† bicubitus, Di due cubiti. tricubitus, Di tre.

¶ bidelus, gymnasii custos. Custode di Libraria.

bidens, tis, f. g. Vir. Pecora di due denti, cioè di due anni, e forca di due denti, stromento rusticano. Sed sæpius in plurali reperitur bidentes, idest oves bimæ, seu duorum annorum, quasi biennes, ut Gell. lib. 16. cap. 14. vel quia duos dentes altiores haberent, per quos cognoscebantur transiisse a minore ætate ad majorem, ut vult Hyginus.

bidental, is, n. g. locus, aut ædificium fulmine tactum, & ideo expiandum per hostiam bidentium, aut duarum ovium.

biduum, dui, n. g. Duorum dierum spatium, Cic. Ter. Di due giorni intieri, spazio di due giorni.

biennis, & hoc bienne, Plin. Di due anni. Bifera arbor, bifera vitis. Arbore, che fa frutti due volte l'anno, vite dell'istessa natura.

biennium, nii, n. g. Cic. Spazio di due anni.

bifariam, adv. bipartito, Cic. A due modi, o maniere.

biferus, ra, rum, Pli. che fa frutto due volte all'anno.

bifidus, da, dum, Pl. Fenduto in due parti.

bifidatus, ta, tum, idem, quod bifidus, Pl.

biforis, & hoc bifore. Ovid. che ha due parti, cioè che si aprono, ma l'una in una parte, e l'altra nell'altra.

biformatus, Adject. Cic. chi ha due forme.

biformis, & hoc biforme, Virg. chi ha due faccie, o forme.

bifrons, tis, Adiect. Virgil. chi ha due fronti, due faccie. Epitheton Jam. Virg.

† Bifur, furis. Due volte accusato ladro. Bigamus, qui bis matrimonio junctus est.

Bifurcus, ca, cum, Col. chi ha due forconi, biforcato.

Biga, gæ, vel bigæ, bigarum, f. g. Ver. carretta, tirata da due al paro.

† Bigamia reiterata, Matrimonj ripetuti

Bigatus, adje. ut Argentum bigatum, Liv. Denari, sopra i quali era messa una carretta di due cavalli.

bigenera, um, pl. n. g. animalia ex diverso genere, ut leopardus ex pardo, & leæna, Varro.

Bigenæ, arum, plur. gemellæ, quæ natæ sunt eodem die.

Bijugus, ga, gum, & bijugis, & hoc bijuge. Mart. Accoppiati sotto un giogo l'uno a canto l'altro.

Bilanx, cis, foe. g. Statera, bilancia. bilanx autem, seu statera proprie est pars illa libræ, a cujus duabus extremitatibus pendent lances, in quibus pondera locantur, unde nomen accepit bilancis, a duabus lancibus.

Bilibris, & bilibre, Mart. Di due libre.

Bilibra, bræ, Liv. Peso di due libre,

Bilinguis, & hoc gue, Virg. bilingue, fallace, di due lingue, incostante nel parlare, che sa parlare in due linguaggi.

bilis, lis, f. g. Umore, che è nel fele, collera. Effundere bilem, Juv. Gittar fuori la collera.

Biliosus, sa, sum, Cels. chi facilmente si corruccia, collerico.

Bilix, cis, adje. ut bilix Lorica Vir. Maglia a due licc i, giacco doppio.

† Bistonia, æ, regio Thraciæ, inter Nessum, & Hebrum fluvios, Steph.

Bilustris, & hoc stre, Ovid. 2. Amor. Di due lustri, cioè di dieci anni. Bellum bilustre. Ovid. Guerra, ch'è durata due lustri, cioè dieci anni.

Bimaris, & hoc bimare, Tra due mari. Hor. Corinthus bimaris: quia sita est in Isthmo Peloponnesi, utrimque cincta mari.

Bimater, Ovid. chi ha due madri.

Bimatus, tus, m. g. Pl. Età di due anni.

Bimembris, & hoc bre. Ovid. Di doppie membra, e di due membri.

Bimensis, sis, & bimestris, Hor. Di due mesi.

Bimus, ma, mum, Qui duorum annorum est, Cic. ad App. Di due anni. Merum bimum, Hor. Vino di due anni.

Bimulus, a, um, idem quod bimus, Di due anni.

Binarius, rii, m. g. duo, seu numerus duorum. Due, e il numero di due.

Bini, næ, na, pl. num. Cic. Due, a due a due. In bina findere, Luc. Fendere in due parti.

Binomius, a, um, Ovid. 14. Meta. Di due nomi.

Binominis, & hoc binomine. Idem, Ovid.

Bipalium, lii, n. g. Pli. Vanga, zappa. palmis, & hoc bipalme. Var. Di due palmi lungo, e largo.

Bipartio, tis, tivi, titum, tire, & bipartior. Col. Partire in due. Sed melius scribitur bipertio, & bipertior.

Bipartito, bifariam, Cic. In due parti, in due bande, in due maniere.

¶ Bipatius, a, um, qui vel quæ bis peperit, chi ha partorito due volte.

bipatens, tentis, Adject. Virg. Æneid. Di due aperture, che si apre in due parti.

bipedalis, & dale, Duorum pedum longitudinem habens, Cæs. Di due piedi lungo.

bipedanus, na, num, bipedaneus, & pipedalis, Col. chi ha due piedi di fondo, o infra terra.

bipennis, nis, f. g. Pli. Scure da due tagli, & bipennis, & hoc bipenne. Pl. che ha due ali di penne.

bipennifer, adject. Ovid. Portatore di scure da taglio.

bipertio, tis, & bipertior, tiris, Cic. in Catil. Cæs. 1. Bel. Gal. Dividere in due parti.

bipes, dis, adject. Duos habens pedes. Juv. che ha due piedi.

biremis, mis, f. g. Cic. Virg. 8. Æn. Fusta, nave, che ha due remi per banco.

¶ birotum, onomast. a duabus rotis vehiculum, Carro di due ruote.

bis, adverb. Cic. Due fiate, due volte, doppiamente. Bis stulte facere, Ter. Far doppia pazzia.

bisellium, ii, n. g. Sedes, aut sella duorum capax. Var. Una sedia, dove possono seder due.

bisextus, ti, sive bissextus, m. gen. Cel. de verborum signific. bisesto. Annus bisextus, cui dies unus adjectus est, quod accidit singulis annis quatuor. quare autem dictus sit bisextus, res est digna consideratione, quia scilicet dies iste, qui adjiciebatur quarto anno, numerabatur inter 23. & 24. Februarii, ita ut quarto anno duæ essent dies sexto Kalendas Martii, unde dictus est annus bisextus.

bison, bisontis, m. g. Mart. buffalo animale.

bisulcus, ca, cum, Plin. Forcelluto, forcuto, fesso in due parti, chi ha l'unghie fesse.

† bitemporeus, a, um, di due tempi. ut vestis bitemporea, abito, che serve per due stagioni. Breviarium bitemporeum, breviario, che vale per recitar l'officio a due tempi.

bithymum, n. g. Pl. Mele fatto dalle api, che colgono dal fiore del timo, che si trova bianco, e nero.

bitumen, nis, n. g. Liv. Pl. bitume, e creta usata in luogo di calce, che accesa non si può estinguere, o di natura di zolfo.

bituminatus, bituminata, tum. Plin. Fatto di bitume.

bitumineus, adject. Ovid. di bitume.

bitumino, as, avi, are, atum, idem, quod bitumine linio. unde apud Plin. dicitur aqua bituminata, cui admixtum est bitumen.

bivium, vii, neut. gener. Virgil. 9. Æneid. Luogo, che mena a due vie, e cammini, ovvero forcellato.

bivius, a, um, Virg. che ha due vie o strade.

B L

BLæsus, qui linguam habet impeditam; aut qui inter pronunciandum aliquam litteram aut excludit, aut male profert. balbuziente, che parla malamente.

† Blandicellus, la, lum. Piacevolino, gentilino, caretto. dim. a blandus.

blandicule, un poco gentilmente.

blandiculus, a, um, diminutivum a blandus, vide blandus postea.

blandidicus, a, um, qui blande loquitur. Pla. piacevole nelle parole.

blandior, ris, vel re, tus sum, diri, Adulor. Trarre a se con lusinghe, lusingare, adulare, compiacere. Attribuitur eleganter voluptati, & aliis rebus. Cic. voluptas suaviter sensibus blanditur, idest delectat, complacet. blandiri etiam est mitigare. Quin. Mitigare. Ut blandior calamitatibus meis, idest mitigo, seu æquo animo fero, seu ferendo mitigo calamitates.

blande, Adverb. comiter. Plin. Piacevolmente, graziosamente, dolcemente. Blande palpare. Plaut. Toccare dolcemente.

blandite, cortesemente.

blanditus, & blandicus, Plaut. chi parla dolcemente, con adulazione, lusinghiere.

blandiloquus, qua, quum, Sen. Lusinghiere. Legge blanditius.

blandiloquentulus, diminutiv. Plau. Di dolci parolette.

blandiloquentia, tiæ, f. ge. Oratio suavis, Cic. Lusinghe, parlare grazioso, lusinghevole.

blandimentum, ti, n. g. blanditia, Ci. pro Cæl. Lusingamento, parole dolci, carezze, lusinghe.

blanditia, æ, f. g. blandimentum, & assentatio. Cic. Inganno, carezze, lusinghe. Adhibere blanditias, Ovid. Usar lusinghe, e belle parole. in utroque numero legitur apud Cicer. pro eodem. Item pro illecebris, & adulatione. Adulazione.

blanditus, us, m. g. Idem quod blanditia, Luc.

blandus, da, dum, Cic. ad Att. piacevole.

blasphemia, æ, f. g. Maledizione, bestemmia.

blasphemo, mas, avi, tum, are, Maledire, o bestemmiare, detrarre.

blatero, as,) Horat. & Gel. parlare
blato, tis.) goffamente grossamente.

blatero, nis, m. g. Gell. l. 1. cap. 15. Cicalone, ciarlone, frappatore, fanfarone.

blatta, tæ, f. g. Col. lib. 20. Tarma che rode i panni. Item pro purpura apud Sidonium, porpora. Vel pro bombice. Bigatto, o cavaliere che fa la seta Unde vestes blatteæ, & paludamentum blatteum apud Lampridium,

dium, Cassiodorum, Eutropium pro serico, vel purpura sumuntur.

Blataria, æ, f. g. Pl. *Verbasco, erba.*

Blax, cis, m. g. mollis, lascivus, *Dilicato, molle.*

Blateus, a, um, purpureus color, *Colore rosso.*

Blenni, orum, Pl. stulti, tardi, Pla. *Stolfi.*

¶ Blepharo, dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna, *Chi ha le ciglia grandi.*

Blæsus, sa, sum, Juv. *Balbo, balbuziente.*

Bliton, bliti, n. g. Dios. Pl. *erba.*

Blitus, a, um, Pl. *Disutile, di niuna stima.*

B O

BOa, boæ, f. g. Pl. *Serpente d'acqua, e una infermità detta volatiche, o variole.*

Boarius, a, um. Forum boarium, Pl. *Mercato di pesce.* Forum piscarium, *Mercato di pesce.*

¶ Bobsequa, bubulcus, qui boves sequitur, Sidon. *Guardiano di buoi.*

Bocchus, i, Rex Mauritaniæ.

Boii, *Dove è bologna, e Modena, nei nomi antichi, e moderni.*

Boii, *bojo nei nomi antichi, e moderni.*

¶ Bolbitum, i, Græcis fimum significat, & proprie bubulum, Festus, *Letame di buoi.*

Boletus, ti, m. g. Pl. Juv. *Fongo.*

Bolis, dis, f. g. *Dardo, scandaje, un lampo in aria.*

Bolus, li, m. g. *boccone.* Item gleba terræ, *Zolla.* bolus argenti, idest massa. Item bolus sumitur pro rete piscatorum, Pl. *Rete di pescatori.*

Bolus armeniæ, glebateria ex Armenia adducta, colore ochræ, nota in officinis aromatariorum.

Bombus, i. Suet. *Rimbombo, suono di trombetta rauco, non chiaro.* bombus apum, *Suono, che fanno le api.*

Bombillo, las, lare, Varr. *Fare strepito come fanno lo api.*

Bombycinum, leve, ac tenue. *Il taffettano,* Vives, & Mart.

Bombyx, cis, *Verme, che fa la seta, cavaliere, che fa la seta, bigatto.*

Bombyx, cis, f. g. Plin. *Arrore, che fa la bambagia*

Bombycinus, na, num, Ju. *Fatto di seta.*

† Bombisonus, sona, sonum, *Che rende suono rimbombante.*

Bondonacum oppidum, *bondone, nei nomi proprj.*

Bonitas, tis, f. g. Probitas, integritas, virtus, ubertas, benignitas, Cic. 2. Offic. *bontà, semplicità, eccellenza.* bonitas naturæ, Cic. *buon naturale, bontà di natura*

¶ Bononia, f. g. Princeps Hetruriæ coloniæ, Felsina olim vocitata, in octava regione Italiæ, Plin. 3. 15. *bologna Città ne i nomi proprj.*

Bonus, na, num, probus, præstabilis, Cicer. *buono, utile, onesto, nobile.* [Boni non sunt viles], Teren. *I nobili non sono vili.* bono assuetus, Seneca *Assuefatto alla quiete.* Forma bona, idest pulcra. bonus homo, Hor. *uomo da bene.* bonus bello, Vir. 1. Geor. *Atto alla guerra.* Cœlum bonum, Cato *Aria buona.* Exitus bonus, Horat. *buon successo.* Item sumitur pro miti, & favente, Stat. *Favorevole.*

bonum, ni, n. g. a philosophis dicitur quod sui causa expetitur, Cic. *Il bene,* in plurali autem numero significat commoda, fortunam, res, possessiones, *I beni.* Paterna bona consumere. Qui. *Consumare i beni paterni.* Exuere bonis. Tac. *privare de' beni.*

boo, as, avi, tum, are. Mugio. Pl. *Rimbombare, ruggire come fanno i buoi.*

bootes, æ, m. g. Græc. bubulcus, item sidus cœleste, aliter dictum arctophylax, vel arcturus, etiam rusticis, & agricolis multo notius ad usum, quam doctis.

¶ borago, herba, quæ alio nomine buglossum, Pl. *boragine,* vide buglossum.

boreas, reæ, m. g. Virg. 1. Geor. *borea vento, aquilone.*

borealis, & hoc boreale, & boreus, Ovid. *Settentrionale.*

boreus, rea, reum. Idem, quod borealis, Ovid. *Settentrionale.*

borea, sive botia, Pl. *Specie di jaspide.*

bos, vis, c. g. Col. *bue, o vacca.* Labores boum, Vir. *Fatiche di buoi, cioè terreno lavorato da buoi.* boves curare, Pl. *Governare i buoi.* Unde boarius, bubulus adjectiva. Ex ipso bove lora sumere, proverbium in eos, qui cum lædant aliquem, id ab ipso, quem lædunt, accipiunt.

† bos bidens, *bue, che ha due ordini di denti.*

boschis, dis, Col. *Ogni sorte di uccelli racchiusi per nutrirli*

botellus, li, m. g. sive botulus, Mar. l. 5. *Salcizza, lucanica.*

botrus, tri. m. gen. Racemus uvæ, *Grappa, e graspo d' uva.*

botulus, li, m. g. idem, quod botellus, Mart. *Salcizza, o lucanica.*

bovatim, ad similitudinem boum, Nonius.

bovile, lis, n. g. Col. l. 9. *Tetto, stalla de' bovi.*

bovillæ, *bacuvio, nei nomi antichi, e moderni.*

bovillus, la, lum, Pl. *Di buoi, pertinente a buoi.*

bovinus, a, um, idem quod bovillus, *pertinente a buoi.*

B R

BRabastanes, est mons in Peloponneso, Liv.

brabeutes, brabeutæ, m. g. Spectaculorum judex, & præmiorum distributor, Suet. *Giudice di lotta, o d' altri giuochi Olimpici, e il governatore di quelli.*

brabium, n. g. *pallio, premio di giostra, o d' altri giuochi.*

braccha, chæ, vel bracchæ, arum, fœm. gener. Suet. Ovid. *braghe,*

Bracchatus, ta, tum, Cic. *Che porta braghe, e scrivesi eziandio* braccatus. Gallia Braccata, idest Provincia Narbonensis.

brachium, chii, n. g. cubitus, Virg. *braccio.* Contrahere brachium, Cic. *Ritirare le braccia.*

brachialis, & hoc chiale, plin. l. 18. *pertinente, o conservante le braccia.*

brachiale, lis, neut. gene. Substant. Plin. *ornamento di braccia, manile, brazzale.*

brachiatus, ta, tum, ut brachiata vinea, Colum. l. 6. *Vite di due braccia, ovver rami.*

bractea, cteæ, f. g. Vir. *Lama d' oro, d' argento, o d' altro metallo.*

bractearius, rii, m. g. & bractearor, Bud. *Il battioro.*

bracteola, læ, f. g. dimin. Juv. *Lama picciola di oro, d' argento, o d' altro metallo.*

branchiæ, arum, f. g. plur. num. Pl. *branche, barbe, barbole di pesce.*

branchus, i, m. g. idem, quod raucedo, seu passio arteriæ asperæ raucedinem causans, Græc.

brassica, cæ, f. g. Var. *Caolo, verza.* brassica capitata, *Caole, verza capitata, capuccio.*

bravum, *burgo, Città di Spagna, nei nomi proprj.*

brevis, & hoc breve, angustus, præcisus, parvus, pusillus, contractus, concisus. Cic. *breve, brieve, corto.* commendatio brevis, Plin. *breve raccomandazione.*

brevi, breviter, paucis verbis, brevi tempore, exiguo tempore, paucis diebus, & annis, Cic. in Ver. *brevemente, in breve, cortamente.* Brevi aliquid facere, Cic. Gellius l. 19. cap. 17. fuit Æschilus non brevi antiquior Euripide, subaudiendo tempore.

brevissime, adverb. superl. Cic. *brevissimamente.*

brevis, vis, f. g. vel breve, brevis, n. g. Bud. *breve, biglietto, ristretto.*

brevia, um, Virg. *Secche, luoghi in mare, per li quali si passa con pericolo.*

breviarium, rii, n. g. Tranq. Suet. *breviario, sommario, registro.*

breviloquens, tis, adject. Cicer. ad Att. *Chi dice con brevità il suo concetto.*

breviloquentia, tiæ, f. g. & breviloqium, quii, n. g. Cic. de Rep. *breve, corto parlare.*

brevitas, tis, f. g. contractio, parvitas, Cicer. Pl. Juv. *brevità.*

brevitatis causa, Cice. *per brevità.*

breviter, adverb. brevi, paucis verbis, Cice. *brevemente, con brevità, in breve.*

brevio, as, avi, tum, are, Quint. *Abbreviare, accorciare.*

brisarsæ. Colum. *Vinaccia d' uva, poichè è fatto il vino.*

britannia. *L' Inghilterra, e Scozia, nella breve descrizione del Mondo.*

britannicus, a, um *Ch' appartiene all' Isola*

Isola di Britannia.

brivates, *birano, porto Francese, nei nomi proprj.*

brixellum, sive brixillum, Plin. lib. 3. cap. 15. *bressello Castello fra Modena, e Cremona, ne i nomi proprj.*

brixia, Urbs transpadanæ regionis, opus Cænomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt. *brescia Città, ne' nomi proprj.*

brochus, cha, chum, sive bronchus, Varro. *chi ha il mento, e i denti di sotto più in fuori, che quelli di sopra.*

brochus, i, fæ. ge. vel brochon, i, ne. gen. arbor similis robori, cujus fructus tamen sunt similes caprificis. Plin.

brochitas, tatis, fæ. ge. Pl. *Elevatura di denti sporti in fuori come i cani.*

bronchia, æ, f. g. Pl. *pietra di tempesta.*

¶ brontes, unus ex ministris Vulcani, qui Jovis cudunt fulmina.

¶ bruchus, chi, vermiculus similis locustæ, herbas circumrodens, *ruga, che mangia le erbe.*

bruma, mæ, fœm. gen. Tempus brumale, hyems. Plin. *I più corti giorni dell' anno,* Virg. *Il verno.*

brumalis, & hoc brumale, Cic. de or. *di verno, di giorni più corti, più freddi.*

brumalia, ium, plur. ne. gen. festa Saturni, seu Saturnalia, quæ sub brumam celebrabantur.

brundulum. Plin. lib. 3. cap. 16. *brendolo, porto dove mette bocca l' Adige nel mare Adriatico. Nei nomi proprj.*

brundusium, sii, n. g. *brandizzo, Città della Calabria, e porto nei nomi proprj.*

bruscum, sci, n. g. Pl. *Gonfiature negli alberi.*

brutii, populi sunt Italiæ in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur. *I popoli Abbrucesi, ovvero Calavresi.*

bruta, æ, fæ. gen. Nomen arboris orientalis, Plin.

brutia, æ, fæ. gen. Secundus liquor, qui ex tæda excoquitur, utilis illinendis vasis, Plin.

brutus, ta, tum: Gravis, tardus, hebes, *greve, tardo, insensato.* bruta tellus, Hor. *terra grave, e tarda a produr frutto. Animale senza l'uso di ragione.* Ut bruta animalia, Pl. *bestie brutte:* & dicuntur animalia bruta, quibus cor durum riget.

bryon, bryi, ne. ge. Pl. *musco, erba, che viene sopra le pietre, o terra vicina al mare,* latine dicitur muscus. Bryon marinum, herba marina lactucæ similis, nascitur communiter in scopulis.

Brynonia, niæ, fæ. gen. alio nomine vitis alba, Plin. *Sorte di vite, detta vite bianca.*

brysea, urbs Laconiæ dicta, a qua bacchus bryseus cognominatus est.

¶ Brya, pusillus quidam frutex in Achaja appellatur, Romani Tamaricem appellant, Vulgo *Tamariso.*

B U

BUa, buæ, fæm. gen. puerorum infantium potio est, Varr. cum cibum, & potionem pappas, & buas vocant, *cioè pappe, e bombe.*

bubalus, li, ma. ge. Colum. *buffalo, bue salvatico.*

bubalinus, a, um, *cosa fatta di buffalo,* ut thorax bubalinus, aut stragula bubalina, seu ephippia bubalina.

bubile, is, n. g. idem, quod bovile. *stalla da buoi, bovile.*

bubino, as, avi, & pro eodem imbubino, idest, menstruo mulierum sanguine inquino.

† Bubleum, lei, *Sorte di vino, o bevanda.*

bubo, bubonis, mas. gen. Ov. *barbagiani, uccello notturno.*

bubones vero in plurali sunt tumores circa inguina, præcipue à lue venerea provenientes, *Apposteme, inguinaglie, panocchie.*

bubona, Dea boum habita est, ut Pomona pomorum.

bubonium, nii, n. ge. Pl. *Erba inguinale.*

bubonocele, les, fæ. ge. *rottura, quando gl' intestini scendono all' inguinaglia.*

bubula salita, Vives, *carne di bue salata.*

bubulcus, ci, ma. gen. Cic. *bifolco, boaro.*

bubulcito, tas, avi, tum, are, Pl. *fare officio di bifolco, o boaro.*

bubulus, la, lum. Varr. *bovino, pertinente, o che serve a buoi.* bubulum corium. Plau. *Cuojo di bue.*

bubula, læ, f. g. Pla. *Carne di bue.*

bucca, cæ, f. g. Os ipsum, & interior malarum pars. Cic. *bocca.* buccæ, carum, Hor. *le due guancie della bocca, che si gonfiano, quando alcuno suona la tromba.* Item pro tuba sumitur. Juve. *Tromba,* unde buccina, & buccinum, vide suo loco.

buccea, ceæ, f. ge Mart. l. 17. Aug. ad Tib. *boccone, quanto cape un tratto la bocca.*

buccellatum, ti, neu. ge. Vives. *biscotto, bozzolato.*

buccella, læ, f. gen. *boccone picciolo.*

buccula, læ, fæ. gen. Apul. lib. 6. de Asin. *bocchina, bocca picciola.*

buccina, næ, fæ. gen. Tuba belli, buccinum. Ovid. Cic. pro Marc. *cornetto, tromba da guerra.* Colum. *corno da vaccari, e peccerari.*

buccinum, ni, n. ge. idem, quod buccina. Plin. *Osso di pesce, simile ad un corno da suonare, corno da chiamare gli animali, tromba.*

buccino, nas, navi, natum, nare, Varr. *suonare di corno, cornetto, tromba.*

buccinator, toris, mas. gen. Verb. Cæs. *Trombetta, sonatore di corno, o tromba.* Et apud Cic. *laudatore.*

bucculentus, a, um, idest, qui magnam habet buccam, Plaut. *di gran bocca.*

bucea, æ, f. g. interior folliculus fabæ

† bucentaurus, ri. *buccintoro.* Genus quoddam amplissimæ navis in speciem eximiam constructæ apud Venetos.

bucentes, tum, ex græc. *Taffano, Tavane, moscone.* ita dictum hoc animal a pungendis bobus, quos mire excruciat æstivo tempore.

bucentrum, tri, *stimolo, sprone.*

buceria, æ, f. g. bubuli generis grex, Luc. vide buceras.

bucerus, a, um, *cosa simile ai buffali.* Quint. cornua bucera.

bucones, um, plu. qui tumidioribus sunt buccis. ponitur pro ineptis, stultis, *sciocco.*

bucephalus, quasi bovis caput, quo nomine dictus est Alexandri magni equus.

buceras, ratis, n. g. Lucr. *Armento di buoi.*

buculus, li mas. gen. *bifolco.*

bucolica, corum, carmen pastorale, a bubulcis vox dicta. *canzone, o ragionamento pastorale.*

bubulus, li, masc. gen. Colum. *Vitello, o manzetto.*

bucula, læ, fæ. gen. Virg. *Vacchetta, vitella, manzetta.*

bufo, nis, m. g. Virg. 1. Geor. *botta, rospo, rana molto grande.*

buglossus, si, m. ge. Sueton. buglossa, & buglossum, si, ne. gen. Plin. lib. 23. c. 8. *buglosa, boragine.*

bugones, Varr. *api generate da un bue,*

bulaphetum, ti, n. g. Pl. *erba bovina.*

bulbine, nes, f. g. Pli. *cipolla picciola,*

bulbus, bi, m. g. Colum. lib. 19. *cipola da mangiare, radici tonde, con più coperte, come di zaffrano, di narciso, o di giglio.*

bulbosus, sa, sum, Plin. *pieno di picciole coperte nella radice.*

bulbito, as, avi, atum, are. Stercore puerorum fœdo. pro eodem dicitur imbulbito, Plaut. *Imbrattare.*

buleuterium, ii, neu. gen. græc. locus, ubi consultatur, Latine dici debet curia, Senatus, Cic.

buleuta, tæ, m. g. P. J. *consigliere, Senat.*

bulga, gæ, f. ge. Festus, *boglia, bisaccia, bolgia di cuojo, valigge.*

¶ bulima, immodica apperentia interpretari potest, quum scilicet cibo quamtumlibet sumpto fames non extinguitur, *chi non si può saziare.*

Bulla, læ, f. g. C. in V. *Medaglia, Agnus Dei, e cosa da portar al collo.* Bulla. Var. *gonfiatura sopra l'acqua quando piove.* C. *Testa di gran chiodi, che si ficcano nelle porte, e broche di centura, e per ornare i fornimenti de' cavalli.* Aurea bulla, Cic. *Medaglia d'oro.*

bullatus, a, um, bulla insignitus. & Tumidus, Pers. *Ornato di medaglie, gonfio, superbo, altiero.*

bulla, læ, fæ. gene. Dimin. parva bulla, Celsus. *bolla picciola.*

† Bulla, læ, rursus erat quoddam genus vasculi, quod offerebatur triumphantibus, illudque aureum, refertum intus multa remediorum copia, quæ ad comprimendum invidorum livorem valere putabant.

bullio, lis, livi, tum, lire. Ferveo. & Ebul-

B& Ebullio, Cic. 3. de Fin. Cels. *Bollire*, ullio, las, lavi, latum, lare, Ebullo; Pl. *Bollare, far bolla, come si vede, che fa l'orina.*

Bumastos, sive bumastus, f. ge. bubamma, Plin. Varro, *Grappo di uva, grande come la testa di un bue.*

¶ Bunion, napi species, cujus decoctum purgationibus fœminarum, & vescicæ, & urinæ utile est.

Bunias, dis, f. g. Pl. *Navone salvatico.*

Bunitium, *Sund, Città nella Germania nei nomi proprj.*

Bunium, nii, n. g. Plin. *Specie di navone.*

Buphonum, ni, n. ge. *Erba, la quale da buoi mangiata, gli uccide.*

Buphthalmus, mi, f. g. *Erba occhio di bue, detta dagli speciali*, cotula fętida.

Bupleure, f. ge. *Erba che nasce senza esser seminata, il cui gambo è d'un cubito, di molto lunghe foglie, e il corpo di Aneto.*

Buprestis, tis, f. g. Plin. *Animal picciolo, il quale mangiato con erba dal bue lo fa gonfiare si che crepa.*

Bura, buræ, fæ. ge. sive buris, Pl. *Manico dell' aratro.*

Burgundia, diæ, f. ge. Galliæ celticæ provincia, Pli. l. 3. c. 44. *Borgogna.* unde Burgundi populi, & Burgundiones.

Burdo, nis, m. ge. *Mulo generato di cavalla, e di asino.*

¶ Burrhus, color a veteribus dicebatur, qui hodie rubeus dicitur, *color rosso.*

Buris, is, fæ. gen. in acusat. burem, vel burim, Plin. idem, quod bura, *Manico dell'aratro.*

Burrina, *Barbasta, Città di Spagna nei nomi proprj.*

¶ Bursa Germanis quædam est crumena. *borsa.*

Buselinum, i, neu. gene. herba sativo apio similis, sed caule breviore, & radice rosa, Plin. 20. 13.

Buscon, i, n. ge. idem, quod marisca, idest ficus magna, sed fatui, aut insipidi gustus. vide marisca.

Bustum, ti, ne. ge. Locus, ubi aliquis combustus est, sepulchrum, monumentum, Cic. 4. de Leg. *Tomba, sepolcro, Luogo, dove si abbruciavano i corpi de' morti.* Pyra autem ex Servio est lignorum congeties ad comburendum, rogus, cum accensum est, bustum vero, postquam exustum est cadaver. Virg.

Bustuarius, rii, ma. ge. Gladiator, qui in honorem defuncti ante sepulchrum digladiabatur, Cicer. in Pis. *Giuocatore di spada, schermitore.*

Buteo, nis, mas. gen. Pl. *Sorte di uccello da rapina.*

Butrum, *buciro in Albania, nei nomi proprj.*

Butio, nis, Auctor Philomelæ, *Sorte di uccello.*

Butyrum, i, n. g. Pli. *butiro*. Et dicitur butyrum, quasi bubalus caseus.

Buxus, xi, fæm. gen. Buxum, xi, n. ge. Virgil. *bosso albero.*

Buxetum, ti, n. ge. Locus buxis consitus, Mar. *Luogo piantato di bossi.*

Buxeus, ea, um. Colum. *Di bosso.*

Buxosus, sa, sum, Plin. *Pieno di bossi, simile al bosso.*

Buxifer, Adject. Buxum ferens, Cat. *Che porta o produce bosso.*

B Y

BYxantium, Sive Byzantium, Ovid. Cic. pro domo sua, *Costantinopoli, ne i nomi proprj.*

Byrsa, sæ, fę. ge. Unde bursa, sæ, fœ. gen. Virg. *cuojo.*

Byssus, si, fæ. ge. *lino sottilissimo.*

Byssinus, na, num, Plin. *Di tal lino.*

Byssina vestis, *Veste sottile di lino.*

C

C Littera muta, condemnandi nota apud Romanos, hancque intellexerat Cic. in Orat. pro S. R. illis verbis. Sed si ego vos bene novi, litteram, illam, cui vos usque eo inimici estis, vel eam omnes oderitis. Hæc autem littera posita post S, ut S. C. significat Senatus Consultum. In numeris vero valet C. Centum,

C A

CAbala, occultissima scientia, quam divinitus traditam Moysi cum lege asserunt Rabini.

¶ Cabalistæ, tales professores.

Caballus, li, m. g. Equus, Hor. *Cavallo.*

Caballinus, na, num, Plin. lib. 28. Cap. 10. *Di cavallo.* caballina caro, *carne di cavallo.* Fons autem caballinus in prologo Persii ponitur pro Helicone, seu fonte Heliconis, quem pegasus Equus Bellerophontis ungula aperuit. Nec fonte labra prolui caballino, idest Heliconis.

cabullinum. *chaalon su la Sona, Città della Francia, ne i nomi proprj.*

cacabus, bi, ma. gen. Vas, in quo pulmentarium coquimus, *caldaja, pignata.*

cacabo, bas, vi, tum, re, Auctor carminis philomelæ, *Far verso di Pernice.*

cacalia, liæ, f. g. Plin. *erba così detta.*

cacatus, Adject. *Macchiato di merda.* ut charta cacata, Cat. *carta smerdata, macchiata di merda.*

cacaturio, ris, vi, tum, rire, Martial. *Desiderare di cacare.*

¶ Cacepharon, vel cacopharon, durior in orationibus sonus, quale est illud, O fortunatam natam me consule Romam. Huic contraria est Euphonia.

+ cachexia, æ, genus quoddam tabis, & morbi, quo corpus ita extenuatum morbo diutino non capit cibi refectionem, sed adhuc indigesta corrumpuntur; Alia est species, quæ a Græcis dicitur phthisis, ortumque ducit a capite, & ad pulmonem distillat, sitque tussis frequens, ex qua distillatione putrefit exulceratus pulmo.

cachinnus, ni, mas. ge. Luc. *Riso smisurato*, commovere cachinnos, Cic. *Far ridere altri.* Sustulisse cachinnum, idem, *cominciare a ridere smisuratamente.* præterea dicitur de quocumque sono grandi, Catul.

cachinno, nas, navi, tum, nare, & cachinnor, ris, vel re, tus sum, ri, Verb. Deponens, immoderate rideo, Cic. 5. Ver. *Ridere troppo forte, smisuratamente.* Attribuitur aliis sonis grandioribus ab Accio, licet nunquam a Cicerone sic usurpatum legatur.

cachinnatio, nis, fe. gen. Verb. Solutior risus, Cic. *Esso ridere, risata.*

caco, cas, cavi, tum, are, Mart. *cacare, andar del corpo.*

cacodæmon, nis, masc. gener. Val. Max. *Spirito maligno.*

cacoethes, Juven. *Tristo, malvagio costume.*

cacoethe, n. gen. Plin. *Malignità.*

cacostomachus, Cic. *chi ha lo stomaco debole.*

cactos, Plin. *Specie di cardo.*

cacula, læ, masc. gene. Plaut. *Servo di uomo d'arme.*

¶ cacotechnia, ars mala interpretatur, & ad perniciem inventa.

cacumen, nis, n. gen. Plin. *Sommità, o cima di qualche cosa.* cacumen ovi. Plin. *La punta dell'ovo.* cacumina arborum, Cæs. 7. Bel. Gall. *cime di arbori.* cacumen domus, *L'altana, o ballatojo delle case.*

cacumino, nas, vi, tum, nare, Ovid. 2. Metamor. *Aguzzare, far la punta, o far acuto.*

cadaver, ris, neut. ge. Mortuum corpus, Cæs. 7. Bel. Gal. *corpo morto, e carogna.*

cadaverosus, sa, sum, *Pieno di carogne*, ut cadaverosa facies. Ter. *Faccia di morto, terribile da vedere.*

cadiscus, i, m. ge. Diminut. a cadus, seu caduscus, i. pro eodem, vas, quo suffragia colligebantur, Pli.

cadivus, va, vum, Plin. *caduco, che cade da se stesso.* poma cadiva, *Pomi che crollano.* Plin.

cado, dis, cecidi, sum, dere, concido, labor, delabor, decido, corruo, præcipito, & morior quandoque significat. Ovid. Cic. 1. Orat. *cadere, morire, finire, terminare.* Fortuito cecidit, Cic. *E' caduto per fortuna.* cadere fortiter, Cic. *Morire da valoroso.* Ante diem cadere, Vir. *Morire avanti tempo.* Verba melius in syllabas longiores cadunt, Cic. in Orat. *Le parole terminano, e finiscono meglio in sillabe lunghe.* Item ponitur pro incidere, ut cadere in suspicionem, deliberationem, offensionem, & ejusmodi, id est, incidere, *cascare nella disgrazia d'alcuno*, &c. Cado autem eleganter apud classicos Auctores ponitur cum ablativo casu, ut cadere formula, id est, rem ipsam per formulas non bene explicare, cadere spe, idest, disperare, *cascare dalla speranza, che s'aveva.* cadere causa, idest vinci in judicio, *perdere la lite.* cadere animo, vultu, verbis, oculo, idest debilitari, frangi. cadit autem tertia persona impersonaliter usurpatur sæpe omni fere tempore, & modo pro accidit, *avviene.* Cic.

caduceus, cei, mas. g. & caduceum, cei. ne. gen. Mercurii virga, & sceptrum, Liv. *Piccola verga bianca, che portano gli Ambasciatori di pace e la verga di Mercurio.*

caduceator, ris, mas. gen. Liv. *Ambasciatore di pace.*

caducifer, ri, mas. gen. Ovid. *chi porta essa verga bianca, ch'è segno di pace.*

caduciter, adverb. antiquum, idem est, quod præcipitanter, Varro. *precipitosamente.*

caducus, a, um, fragilis, mobilis, mortalis, falsus, incertus. Cic. *caduco, che sta per cadere, che minaccia ruina, che può star poco, mortale, fragile, corrottibile.* ponitur etiam pro mortuo, *Morto.* Vir. 6. Æneid. Dardanidæ caduci, idest mortui. morbus caducus, seu comitialis, apoplesia, *Mal caduco.*

caducum, i, n. g. substantive sumptum, *cosa caduca.* Apud Juvenalem ponitur pro legato testamentario, quod cum conditione, aut onore aliquo legatum est: Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Auspicia caduca dicebantur, quibus interveniebat aliquid infausti, aut mali ominis. litteræ caducæ Pl. obscuræ, quæ legi vix possunt propter exilitatem linearum.

caducum, i, n. ge. Juve, *Tenda da coprir le merci, o coltra.*

¶ cadurda, labra pudendi muliebris, vel sponsa lecti.

cadus, di m. ge. *botte, vascello di vino, ovver barilla, mezarola, quarta da vino.*

cæcatus, ta, tum, obcæcatus, lumine privatus, C. de cl. Ora. *Accecato, che è prive di vedere, e fatto cieco.*

cæcias, æ, mas. ge. græc. ventus qui non propellit nubes, sed ad se trahit, Pl.

cæcigenus, Adj. Luc. l. 2. *chi è nato cieco.*

cæcitas, tis, f. g. privatio sensus oculorum. C. de Arusp. resp. *cecità*, cæcitatem inferre, Plin. *Accecare.*

cæco, cas, vi, tum, are, & excæco, cæcum facio, oculis privo, Cicer. Phil. *ciecare, acciecare.*

cæcubum, i, ne. ge. vinum quoddam generosissimum a cæcubis populis campaniæ dictum, cujus Martialis sæpe mentionem facit.

cęcus, ca, cum, oculis captus, amens, furens, Cic. *cieco, oscuro, difficile da conoscere*, cæcus morbus, Colu. *Infermità acuta*, ensis cæcus, Stat. *che taglia in tondo, a traverso senza riguardo.* Locus cæcus, Virg. *Luogo oscuro.*

cæculus, Dim. Pl. *chi ha corta vista, che vede poco, chi ha gli occhi piccioli.*

¶ cæculto, as, obtusum visum habeo, cæcos imitor, *Veder poco, contraffar i ciechi.* Plaut.

cæltes, i, instrumentum ad sculpendum aptum, *stromento da intagliare.*

cæcutio, tis, tivi, tum, tite, Varr. *Esser orbo, vedere poco, esser mezzo cieco, non intendere.*

cædes, dis, fæ. ge. occisio, nis, Cic. in Brut. Ovid. Met. 8. *Morte violenta, uccisione*, accumulare cædem. Liv. *Aggiungere morte a morte.*

cædo, dis, cidi, sum, dere, verbero, tundo, occido, Cic. Virg. *percuotere, uccidere, amazzare, rompere, partirsi, fuggire, tagliare, flagellare.* Et ponitur pro immolare apud Virgil. cædere silvas, Cæs. *Tagliar le selve.* Lege cedo sine diphthongo.

cæduus, a, um, ut cædua silva, Plin. *bosco da tagliare.*

cælamen, nis, neut. gen. Ovid. *Scultura, intaglio.*

cælebs, libis, com. gen, Cic. de legibus, *che non è maritato.* cælebs vita, Ovid. *Vita di non maritato.* Et dicitur cęlebs, quod cælo vitam dignam agat.

cælibatus, tus, mas. gen. *Stato di uomo, o donna non maritati.*

cælia, liæ, Pl. *bevanda fatta di grano.*

cælatus, ta, tum, Cic. *Scolturato, intagliato.*

cælatura, ræ, fe. ge. Plin. lib. 35. cap. 12. *Arte di scolpire, d'intagliare, ed esso intaglio.*

cælator, ris, mas. ge. Verb. Plin. *Scultore, intagliatore.*

cælicola, com. gen. Virg. 2. Ænei. *Abitatore del Cielo.*

cælum, li, n. ge. In singulari, cæli, orum, masc. gen. in plur. Vide cælum. Varr. *Cielo, aria, e lo scarpello.* calamitosum cælum, Catul. *Soggetto a nebbia, ed altre cose di questa sorte.* Accipere cęlo aliquem. Vir. *Ricevere alcuno in Cielo.* In cælum ferre, Cicer. *Laudare alcuno.* Detraxisti collegam de cęlo. Cic. 6. Philip. idest, de summo honoris gradu deturbasti. In cælo esse, adagium est, pro Felicem esse. Cælum preterea sumitur pro crista, seu summitate capitis, seu cranio, *Cranio*, Plin.

cælestis, & hoc este, divus, divinus, Vir. *celeste, del cielo, dell'aria, divino*, colere cælestes, Cic. *onorare i Santi.*

cælifer, ra, rum, Virg. *che abita in cielo, e chi porta in Cielo.*

cælites, tum, m. ge. plur. nu. Cice. de Div. *Abitanti in cielo, Santi del Paradiso.*

cælitus, Adverb. *Dal cielo.*

cælo, las, lavi, latum, lare, Çic. de Divin. *Intagliare, scolpire.*

cæmentum, ti, ne. gen. Lapides rudes, & fracti, quibus ædificia consurgunt, Cic. *Rottame di pietre, calcina con acqua, e sabbia, che diciamo noi malta.*

cęmentarius, rii, ma. gen. Ædificiorum structor, qui & faber murarius dicitur. *Muratore.*

cæmentitius, tia, tium, Virg. *Fatto di rottame di calce.*

cænomani, *Bresciani, e Veronesi, popoli ne i nomi antichi, e moderni.*

cæpe, Vide cepe.

cæra, vide cera, Cæs. libr. 7. Bel. Gal.

cæremonia, niæ, f. gen. Liv. *ceremonia.*

cærenoma, matis, vide ceroma.

† cæretum, ti, Oppidum inter Spoletum & Musiam, *ceretto.*

cæretanus, na, num, e Cæreto oriundus.

cæruleus, a, um, color cęli cæruleus, & maris glauculus, Cic. de Nat. Deor. *Colore azzuro, verdizzo, o verdiccio.* dictus est enim quasi cælulus, grece cyaneus dicitur, seu cæsius latine.

cæruleum, i, neu. ge. arenæ genus, quod in auri, & argenti fodinis reperitur, & inservit pictoribus, Pl.

cærulus, la, lum, idem quod cæruleus, Virg. lib. 10. Æneid. *colore verdiccio, azzuro*, & 3. Æneid. sumitur pro mari, cum dicit, cærula verrunt, idest mare.

cæsarea Augusta, *Saragizza, Saragosa ne i nomi proprj.*

† cæsarinus, a, um, *cesariano, della fazione di Cesare.* Dicebantur milites, qui pro Cæsareis partibus tuendis præliabantur, sicut etiam Pompejani, qui in rem Pompeji certatim in Cæsarianos sibi adversos pugnabant.

cæsaries, riei, fæ. ge. Plaut. in Mil. *chioma, capigliatura, zazzera.* cæsaries promissa, idest longa. Plin. *La chioma lunga.*

cæsariatus, ta, tum, Plaut. *Di gran chioma.*

cæsim, adverb. Incisim, Cic. & Col. *A pezzo, a minuto, di taglio.*

cæsio, nis, fœm. gen. Verb. a cædo, idem est, quod incisio, Colu. *Taglio, tagliatura.*

cæsius, sia, um, cæli color cæruleus, glaucus, & cæruleus color, quales sunt felium oculi, Cic. 1. de Nat. Deor. & Ter. *color celeste.*

cæsones, Plin. *Fanciulli nati col tagliare il ventre alla Madre.*

cæspes, pitis, ma. ge. Luc. Vir. 1. Eclog. *cespite, cespuglio, zolla di terra, ed erba.* Sed forte melius scribitur sine diphthongo.

cæspitius, tia, tium. Adject. ut cæspitium tribunal, Fuinius, Vopiscus, *Sedia fatta di terra, ed erba.*

¶ cæspititius, a, um, quod fit ex cæspitibus, *Fatto di terra, ed erba.*

cæspitator, toris, m. gen. Verb. *chi scapuzza, o intoppa.* Equus cæspitator, *cavallo, che intoppa o scapuzza.*

cæspito, as, vi, tum, care. *Scapuzzare, intoppare.*

cæstrum, tri, ne. gen. Plin. 31. c. 21. *Istromento, o torno, con che si cava l'avorio.*

cæstus, us, masc. gen. clava, cui adnexæ erant pilæ plumbeæ loris bubulis, Virg. Cic. item pro ipso certamine, quod est unum ex quinque illis cardinalibus exercitiis, seu cer-

raminibus græcorum, saltus, cursus, discus, pugilatus, & cæstus. vide pentathlon, cestus vero, idest sine diphthongo, vide suo loco.

cæsura, ræ, fæ. ge. Pl. *Taglio, o tagliatura*. Sed ejus usus particularis est in poetica, & scansione versuum, cum enim syllaba una, aut plures ultimæ alicujus dictionis incipiunt pedem cum prima syllaba sequentis, aut cum ibi sistitur, dicitur cæsura, ut in pentametris post duos primos pedes restat semper una syllaba in fine dictionis, ut, attamen ipse veni, & sic in aliis.

cæsus, sa, sum, Cic. pro Cluen. *Tagliato, battuto*.

cæter, a, rum, Reliquus, alius, Cic. 4. Acad. *Altro, il resto, il restante, il rimanente*. cætera doctus, Mar. *Ammaestrato di quanto resta, instrutto nel resto*.

cætero, adverb. Plin. *Di poi, di altro tempo, quanto al resto*.

cæteroquin, & cæteroqui, adverb. Alioquin, Cic. de Orat. *Altramente, per altro*.

cæterum, adv. Sed. C. *Ma, quanto al resto*: cæterum, Liv. *Ad ogni modo*.

C A

CAjeta, *Gaeta Città, e porto di terra di lavoro ne i nomi proprj*.

¶ Cairus, vel acarinon, Ægypti civitas.

calabria, Extrema Italiæ regio est. *La Calabria*.

cala, læ, Lucil. *Il bastone*, Servius, Græc.

calamarius, a, um, theca, Vives, *Il pennaruolo, pennajuolo*.

calas, Pl. *Pietra preziosa simile al Safiro*.

¶ calcendix conchæ genus est. Fest.

calamentum, n. g. Colum. *Palmiti, sarmenti, che vengono inutilmente nelle viti, e si levano via*.

calamintha, tæ, f. g. Dios. *erba mentuccia*.

calamistrum, stri. neu. gen. Varro *ferro da far ricci i capelli*. Item calamister pro eodem.

calamistratus, ta, tum, calamistris inustus, Cic. *fatto riccio, arricciato*.

calamita, tæ. Plin. *ranocchio, rana picciola, che vive tra le canne*.

calamitas, tis, fæ. ge. Miseria, ærumna, pernicies, adversa, vel incommoda fortuna. Cic. Ter. *Gragnuola, tempesta, che rompe i gambi delle biade*. Cæs. *Calamità, rovina, miseria*. Accipere calamitatem, Cæs. *Soffrire, ricever qualche danno*.

¶ calamites gemma, a calamo nomen habens, quod plures simul junctę inveniantur. Plin.

calamitose, Adverb. Misere, Cic. 3. Offic. *Miseramente, meschinamente*.

calamitosus, sa, sum, Ærumnosus, calamitate affectus, Cic. *Rovinato dalla tempesta, dalla gragnuola, mali tempi*, Cic. *Pieno di miserie, disgrazie, avversità*.

calamus, mi, mas. gen. Virgil. *penna da scrivere, canna sottile*. calamum intingere. Quintil. *bagnare la canna*. Significat etiam (quod vulgo dicitur) Stringam. item sumitur pro virga, cui hamus filo, aut seta alligatur ad capiendos pisces, aut pro virga visco illita ad capiendas aves, *Panie*. Mart. item pro truncis vitium, aut similium arborum, item pro mensura sex cubitorum, & palmo.

¶ calasis, vestis genus fuit apud veteres, Fest. *Sorte di veste da donna*.

calantica, cæ, fæm. gen. Tegmen capitis muliebre, C. in Clod. *abito da coprir il capo, dicono capuccio, cuffia*.

calathiena, næ, f. gen. *Fiore chiamato ancolia*.

calathes, dicuntur Servi, vox quidem Græca, *Gli schiavi*.

calathus, ti, m. g. Vir. *paniero, cesto, cestella*, Item pro calice, seu vase sacrificatorio. *Calice*. Virg. in daphnide.

calathiscus, Dimin. Cat. *cesto picciolo*.

calacia, *calaccio, nei nomi antichi, e moderni*.

calcaneus, nei, mas. gen. & calcaneum neut. gen. Virg. *Calcagno*.

calcar, ris, n. ge. Equi stimulus, Cic. 3. de Orat. *Sprone*. calcaria in gallinis, Col. *sprone nelle galline*. subdere calcaria equo, Ovid. *spronare il cavallo*. currenti calcar addere, proverbium in eos, qui alios licet satis promptos ad faciendum assidue incitant.

calcaria, riæ, fæ. gen. Plin. *Fornace da calcina*. Sed rectius dicitur, Fornax calcaria.

calcarius, rii, mas. gen. Cato. *Che cuoce la calcina nelle fornaci*.

calcatorium, rii, n. ge. Palla, *fornace da calcina*.

calceamentum, ti, *calza*. Idem ac calceus. Cicero.

calcearium, rii, n. g. Ulp. *cosa per calzare*.

calceatus, tus, m. g. Plin. *calza*.

calceatus, ta, tum, Plin. *calzato*.

calceo, as, avi, tum, re, & calcio, cias, Plin. *calzare*.

calceolus, li, m. g. Dimin. Cic. 1. de nat. Deor. *scarpetta, scarpa picciola*.

calceus, cei, m. g. pedum vestitus, tegmen, C. lib. 1. de In. *scarpa*. Induere calceum. Suet. *calzarsi la scarpa*.

calceolarius, rii, m. ge. Pla. in Aul. *calzolaro, calegaro, calegajo*.

calcifraga, æ, fæ. gen. herba nascens in petris maritimis, Plin.

calcitro, tras, vi, tum, trare, calce, vel pede percutio, Cic. Plin. *trarre di calci, tirar calci, resistere, non obbedire*.

calcitro, nis, m. g. Plau. *chi tira calci*.

calcitrosus, sa, sum, Col. *solito a calcitrare*.

calco, as, avi, tum, re, Pl. *premere con i piedi*. Ovid. *fraccar su qualche cosa*. amorem calcare, Ovid. *Vincere l'amore*.

calculus, li, m. g. Lapillus, Cice. & Virg. *Mal di pietra*. Plin. *sasso picciolo, pietra picciola*. Juven. *scacco o tavolla da giuocare a tavoliere*. Calculum reducere, Cic. *mutare opinione*. Calculus item pro rationibus, seu supputationibus, *conto*. unde reperitur in Cicerone calculum reducere, idest mutare opinionem. revocare, aut reducere aliquid ad calculum, est aliquid diligentius examinare, & considerare. reverti ad calculos, quos abjeceramus, est resumere opinionem repudiatam alias, Cic. ad Attic. calculus item sumitur pro suffragio, *sentenza, ballotta*.

¶ Calculo, as, are, rationem facio.

calculator, toris, ma. ge. Mart. *contista, calculatore, computatore, abbachista*.

calculosus, sa, sum, Plin. *sasso pieno di pietruccie, soggetto a mal di pietra*.

calda, dæ, fæ. ge. Juven. *acqua calda*.

caldarium, rii, neut. gen. Ahenum, quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admovetur, *caldaja, caldara*. Item locus balneorum, in quo aqua calida lavabantur, vide tepidarium, frigidarium.

caldarius, ria, rium, caldaria cella, Plin. lib. 5. Epist. *stuffa*.

caldor, ris, ma. g. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 55. *Calore, caldo*.

¶ Calendaria, dicebantur tabulæ ab observatione singulorum mensium.

calefacio, cis, feci, factum, cere, & calfacio, Cice. 2. de Natur. Deorum, *scaldare*. calefecerat Gabinium, Cicer. ad Q. Frat. *egli aveva travagliato Gabinio*.

calefacto, ctas, vi, tum, ctare, Pla. *scaldare spesso*.

calefactus, cta, ctum, & calfactus, Ovid. *scaldato, riscaldato*.

calefactus, ctus, m. ge. Plin. *Scaldamento, riscaldamento*.

calefio, fis, ctus sum, ctum, fieri, calidus fio, Cicer. Att. *scaldarsi*.

calegia, Germaniæ Civitas, Ptol. *Vitemberga, Città di terra Todesca ne' nomi proprj*.

calendæ, rum, fæ. gen. plur. num. primus dies mensis, Cic. *primo giorno di mese*. A calando, id est vocando dictæ, quia primo die mensis populus Romanus a Pontifice convocabatur, ut addisceret quot dies a Calendis ad nonas eo mense superessent. modus autem loquendi, VIII. Cal. & ejusmodi subaudit prepositionem ante, idest octavo die ante Kalendas.

calendaris, & hoc Calendare, adjectiv. *Cosa pertinente alle Calende, o primo giorno del Mese*. Macrob.

calendarius, a, um, Ulp. *cosa pertinente a' conti di mercatanti*. Calendarius liber. *Il calendario, e il libro di conti*.

calens, tis, participium, Horat. *chi ha caldo*.

Innubis, & hoc be, innubilus, clarus, serenus, Senec. chiaro, sereno, senza nuvole. innubis dies, Senec. giorno chiaro, bello, senza nuvole, sereno.

Innuba, bæ, f. g. quæ nunquam nupsit, Ovid. Metam. figliuola non mai maritata.

Innubo, bis, psi, ptum, bere, nubo, Lucil. l. 5. Sat. andar a marito, prender marito. innubere in illustrem familiam dicuntur mulieres, quæ nobiliori viro nubunt, maritarsi con uno di casa più nobile. Contra enubere dicuntur, quæ marito ignobiliori nubunt, unde enubere dicitur mulier patricii ordinis, quæ viro plebeio nupsit, maritarsi con un' ignobile chi è nobile, come se una gentildonna si maritasse con uno della plebe.

Innumerabilis, & hoc bile, innumerus, infinitus, Cic. 5. Ver. innumerabile, senza numero, che non può annoverarsi.

Innumerabilitas, tis, f. g. Cic. innumerabilità.

Innumerabiliter, adv. Luc. senza numero, innumerabilmente.

Innumeralis, vox antiqua, & idem significat, quod innumerabilis, che non si può annoverare.

Innumerus, ra, rum, innumerabilis, infinitus, Cic. senza numero, che non si può annoverare, innumerabile.

† Innumerato, adv. innumere, sine numero, innumerabilmente.

Innumerosus, sa, sum, innumerus, infinitus, innumerabilis, Pl. l. 10. chi non si può numerare, senza numero, innumerabile.

Innuo, nis, nui, nutum, nuere, nutu aliquid significo, C. accennare col capo.

Innupta, tæ, f. g. partic. Virg. Catul. figliuola non maritata.

¶ Innuptus, a, um, non nuptus, non maritato.

Innutrio, tris, trire. Pl. jun. epist. nutrito. nudrire dentro.

Ino, us, f. g. ut Dido, us, nomen est Cadmi, & Hermonies filiæ, uxorisque Athamantis Thebarum regis, & Liberi patris nutricis, quæ & a Cic. Leucochea, idest alba dea vocatur, & a nobis Matuta, & Aurora.

¶ Inobaudire, pro inobedire, verbum Tertulliani.

Inoblitus, ta, tum, adject. Ovid. chi si raccorda, chi è in memoria, chi non si scorda qualche cosa.

Inobrutus, ta, tum, non obrutus, non sommerso, non impozzato, Ov.

† Inobscuratus, ta, tum, par. obscuratus adumbratus, oscurato, fatto ombroso.

Inobscuro, ras, rare, infusco, obscuro, obscurum reddo, adumbro, C. 9. Phil. oscurare.

Inobsequens, tis, g. omnis, non obsequens, non obediens, Cic. chi non ubbidisce, disubbidiente.

Inobservabilis, le, Pli. chi non si può osservare, o che non merita esser onorato, nè riverito.

Inobservatus, ta, tum, non observatus, Mart. l. 8. non osservato, non istimato, non onorato, del quale non si tien conto.

Inocciduus, a, um, adject. non occiduus, semper vigilans, Stat. 6. Theb. sempre vigilante, che sempre veglia, che mai non dorme. inocciduus visus, dicitur de Argo apud Stat. occhi, che sempre vegliano, e mai non dormono.

Inocco, cas, care, cooperio, Col. l. 2. c. 1. sottocoprire, erpegar la terra.

Inoculatio, tionis, f. g. Col. incalmazione. Pl. l. 15. c. 10.

Inoculator, toris, m. g. Pl. l. 18. c. 33. incalmatore.

Inoculo, las, late, Col. l. 2. c. 2. Pl. ingemmare, inocchiare, incalmare.

Inodoro, ras, are, odore inficio, Col. l. 11. c. 3. profumare, e far sentire odore buono, e cattivo.

Inodorus, ra, rum, qui est sine odore, Gell. l. 8. c. 6. senza odore.

Inoffensus, sa, sum, Ovid. Gell. l. 2. c. 1. contra il quale non si ha odio. inoffensa via, Ov. strada, via, o cammino sicuro e spedito. sic valetudo inoffensa, Gell. & vivere valetudine inoffensa, idest, nullo morbo læsa, & offensa, vivere senza malattia, in sanità.

¶ Inoffense, inoffensius, Gel. c. 2. l. 6. omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius, tractabilius transmittunt.

Inofficiosus, sa, sum, inhumanus, illiberalis, Cic. Ver. discortese, che fa contra l'offizio suo, che non fa il suo debito, che fa contra il suo dovere. testamentum inofficiosum dicitur, quod non officio paternæ pietatis confectum est, filiis sine legitima causa exhæredatis, Paul. Jurisc. c. 3. Ver. testamento, quando il padre non fa il suo debito, diseredando i suoi figliuoli.

Inolens, tis, gen. com. Lucr. chi non rende odore.

Inoleo, es, lui, litum, nullum exhalare odorem, non render odore.

Inolesco, scis, levi, scere, cresco, grandis fio, & initium accipio, Col. l. 5. c. 10. farsi grande, crescere, ingrandirsi, Gellius semel posuit cum significatione activa, natura inolevit nobis idest indidit, inseruit, la natura ha dato questo. come se dicesse, ha impiantato questo in noi.

Inominalis & hoc le, infelix, ut inominalis dies, Gel, giorno infelice.

Inominatus, ta, tum, infelix, male ominatus, Hor. sfortunato, infelice. cubilia inominata Hor. idest, nuptiæ, thalami infausti, & infelices, matrimonio infelice.

Inopaco, cas, care, obscurum reddo, & opacum, Col. l. 8. c. 15. inoscurire, far oscuro, ombreggiare, far ombroso.

† Inopacus, ca, cum, adject. ab in, & opacus comp. ombreggiato.

Inopia, piæ, f. g. indigentia, egestas, Cic. de Amic. miseria, povertà, Bocc.

Inopinabils, & le, Gel. cosa, che non può pensare, che avvenga.

Inopinans, tis, Adject. incautus, improvidus, cuique aliquid accidit præter opinionem, Cæs. bell. Gal. l. 6. chi non pensa quello, che può avvenire.

Inopinanter, adv. inopinate, inopinato, præter spem, Svet. subitamente, senza avervi pensato, fuor di speranza, impensatamente, Sann.

Inopinate, } adv. inopinanter, præter Inopinato, } spem, Liv. 4. bel. Mac. impensatamente, Sannaz. sprovedutamente, fuor d' opinione, subitamente, senza avervi pensato.

† Inopinatus, a, um, di che non si pensa, che possa avvenire.

Inopinus, na, num, adjectiv. Stat. 1. Theb. che pria non si aveva pensato, improvviso, impensato.

Inopiosus, a, um, idest, sine ope, apud Plaut. senza ajuto.

Inopportunus, na, num, incommodus, importunus, alienus, Cic. de Orat. incomodo, sconvenevole, fuor di tempo, non opportuno, non convenevole, e pensato.

Inops, pis, ad. pauper, nudus, impotens C. 2. offi. povero, meschino, senz'ajuto, e senza roba. Inops amicorum, C. povero d' amici. inops auxilii, Liv. chi non ha chi lo sovvenga, ed ajuti. sic inops consilii, prudentiæ, & ejusmodi, senza consiglio, e giudizio. inops dicendi sapientia, Cic. de Divin. tunc usurpatur, cum sapientibus, aut doctis verba non supperunt explicandi sensus animi, sic inops remedii, Pl. senza rimedio.

Inops præterea ponitur pro insepulto Vir. 6. Æn. omnis, quam cernis inops, inhumataque turba est, non sepolta. inops etenim quasi sine ope. ops autem dicitur terra, unde inops est quasi sine terra, insepultus, inhumatus.

Imora, dicuntur animalia sine ore, qualia sunt Astomi Indiæ populi halitu viventes, Pl. l. 7. c. 7. Vide inorus, animali senza bocca.

Inoratus, ta, tum, non oratus, Cic. pro Rosc. non dimandato. res inorata, C. cosa non dimandata.

Inordinatus, a, um, confusus, perturbatus, C. sconcio, disordinato. inordinati pili, Pl. capelli sconci. Et inordinatissimus sup. reperitur.

¶ Inordinatio, Apul. in Hermetis Asclepio: Hæc & talis senectus mundi veniet, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum.

Inorior, verb. depon. est idem, quod orior, Stat.

Inornate, adv. inculte. Cic. ad Her. Senza ornamento, disordinatamente, rozzamente.

Inornatus, ta, tum, non ornatus, incultus, inconditus, incomptus, agrestis, horridus, sine more, C. in Orat. rozzo, disordinato, sconcio, mal acconcio, senza politezza.

Inorus, ra, rum, qui sine ore est, Gell. senza bocca.

Inophthalicum, oculorum humor, Pap.

In præsentia, quasi una dictione, & pro eodem in præsentiarum, ora, al presente, Cic.

In posterum, lege posterus per l' avvenire.

In primis, Sal. principalmente, primieramente, per la prima, alla prima, in prima.

Inquam, verb. defect. dico, dixi, institui dicere, Cic. Ter. in And. dico, dissi, ho detto.

Inquantum, adv. Pl. in ep. in quanto che.

Inquies, tis, f. g. Pl. inquietudo, sollicitudo, mancamento di riposo.

Inquies, tis, adj. inquietus, Sallust. l. 1. hist. Pl. Col. inquieto, Pet. e instabile, non quieto. animus inquies, & indomitus, Sall. animo senza riposo, e instabile, che non è ancora domato.

† Inquietans, tis, partic. significationis activæ, che inquieta, e travaglia.

Inquietatio, tionis, f. g. inquietudo, Liv. molestia, travaglio, inquietudine.

¶ Inquietatus, a, um, molestatus, Su. in Calig. c. 36. inquietatus fremitu, gratuita idcirco loca de media nocte occupantium omnes festivus abegit.

Inquieto, tas, tare, molestus sum alicui, molestiam exhibeo, molestia aliquem afficio, Col. l. 8. molestare, dar noja, travaglio, fastidio, inquietare, travagliare.

Inquietudo, dinis, f. g. lege inquietatio, inquietudine, mancamento di riposo, travaglio.

Inquietus, ta, tum, adject. Liv. ab urb. instabile, inquieto, che non si riposa. senza riposo.

Inquilinus, ni, m. g. C. 2. Phil. chi tiene casa a pigione, ad affitto, che sta in una medesima casa con altro. Mart. l. 1.

Inquinamentum, i, n. g. sordes, Gell. l. 4. c. 6. sporcizia, sozzura, sporchezza.

Inquinate, adv. barbare, prave, turpiter, incompte, Cic. de clar. Orat. sporcamente, lordamente.

† Inquinatio, nis, f. g. verb. ab inquino, imbrattamento.

† Inquinator, ris, m. g. spectat ad hominem, chi lorda, o imbratta alcuna cosa, inquinatrix.

Inquinatus, ta, tum, turpis, fedus, barbarus, incomptus Cic. de Arusp. resp. sporcato, imbrattato, lordato, pieno di sporcizia, sozzura, sporchezza.

Inquino, nas, nare, contamino, maculo, deturpo, Cic. l. 1. Tusc. Hor. l. 1. serm. macchiare, Pet. e sporcare, lordare, imbrattare. Festus dicit inquinare ductum esse a cunio, cunire autem est stercus facere, imbulbitare, idem transfertur ad animum, ut inquinare aliquem pravis opinionibus, infettarlo con falsa dottrina.

Inquio, inquis, inquit, verb. defect. significat dico, Cic. l. 1. de Orat. Tu vero inquisti, &c. dire. Vid. inquam supra.

Inquiro, ris, sivi, situm, re, perquiro, exquiro, investigo, Cic. offic. informarsi, investigare, cercare. Pet.

Inquisitio, onis, f. g. verb. investigatio, indagatio, Cic. 5. de fin. informazione, inquisizione.

Inquisitus, ta, tum, part. sive nomen, indagatus, investigatus, Liv. 7. bell. Pun. cercato, trovato, inquisito.

Inquisitor, toris, m. g. conquisitor, Cic. in Ver. inquisitore.

¶ Inreligiose, Tac. l. 1. inreligiose dicere de aliquo.

¶ Inreposcibile, quod reposci nequit.

Insalubris, & bre, non salubris, Col. non salutifero, mal sano, che fa male alla sanità.

† Insalutaris, re, non salutaris, sine salute, insalutevole.

Insalutatus, a, um, non salutatus, unde insalutato hospite discedere dicuntur, qui clanculum se subducunt, andar via senza dir niente.

Insanabilis, & le, desperatus, qui sanari non potest, Cic. pro Sext. chi non si può sanare, incurabile.

Insane. adv. ut insane esuriens, molto affamato.

Insanio, nis, nivi, nitum, nire, desipio, mentem amitto, alienus sum a sanitate, sanus non sum, & vaticinor. Cic. esser furioso, insensato, e impazzire. Boc. insanire libet, idest carmina componere libet, Vir. eclog. insanire autem majorem emphasim habet, subindicat enim poetas furore corripi, cum carmina scribunt, sicut restatur Ovidius de seipso.

Insania, iæ, f. g. furor, Cic. & Teren. furore, e pazzia, Ariost. frenesia. ad insaniam aliquem adigere, far, che uno diventi pazzo. sic insania flagrare, impazzirsi grandemente.

Insaniens, tis, part. furens, Ter. Ci. ad Att. fuor di senno.

Insanitas, tatis, f. g. insania, furor, Cic. Tusc. furore, pazzia, Ariost. mancamento di sanità.

Insanus, na, num, non sanus, amens, furens, phreneticus, vesanus, alienus a sanitate, a constantia, a mente, a seipso discedens, qui suę mentis compos non est, cui sanitas non est. cui mens a sua sede, a suo loco dimota est, qui non est in potestate mentis, Cic. 3. Tusc. pazzo, insensato, fuor di se, che non ha giudizio, inconstante, insanus præterea accipitur pro obstinato, aut pertinaci in aliqua re, vel, ut alii, etiam pro valde sano, ut sit intensivum, non privativum, unde Pe. 1. sat. 3. appellat magistrum discipuli insanum, non quod mente captus esset, sed quia in hoc unum adeo intentus erat, ut discipulus profectum in studiis faceret, ostinato, diligente, assiduo, e industrioso.

Insatiabilis, & hoc le, qui satiari non potest, insaturabilis, Cic. 2. Tusc. che non si può saziare, e satollare, insaziabile, insazievole, insatollo, Boc. G. 8. N. 4. unde animus insatiabilis, & voluptas insatiabilis, apud Cic. Sic. Thamiris Regina Scythiæ appellavit Cyrum insatiabilem, cum caput ejus amputatum in phiala una cum sanguine redundaret: Satiare, inquit, sanguine insatiabilis, quem semper expetisti, disse la Regina Tamiri a Ciro, o alla testa di Ciro, la quale era messa in uno vaso pieno di sangue. Saziati del sangue, del quale eri insaziabile.

¶ Insatiabilitas, atis, Pla. Aulul. sc. 5. act. 3. quorum animis avidis, atque insatiabilitatibus lex non potest capere modum.

Insatiabiliter, adv. insaturabiliter, Pl. Senza satollarsi, insazievolmente, insaziabilmente.

Insativus, a, um, quod non seritur, Pl. l. 11. c. 12 che non si semina.

Insaturabilis, & hoc le, insatiabilis, qui saturari, vel satiari non potest, C. 2. de nat. Deor. insatiabile, insazievole, insatollo, che non si può saziare, o satollare, Bocc. G. 8. N. 4.

Iusaturabiliter, adv. sine satietate, Cic. Senza saziarsi, o satollarsi, insaziabilmente, insazievolmente.

Incendo, dis, di, sum, dere, ascendo. Plaut. & Gell. montare, Boc. Salire, ascendere. Et passive usus est Gell. cum de Bucephalo Alexandri equo loqueretur: Haud unquam, inquit, se ab alio inscendi, nisi a rege passus est, non lasciava nessuno montare sopra di se.

Insciens, tis, adject. ignarus, inscius, imprudens, Cic. ignorante, imprudente, chi non sa. insciens feci, Ter. in Heaut. l' ho fatto senza pensarvi, ovvero ignorantemente.

Inscienter, adv. imprudenter, Cic. ignorantemente, imprudentemente, senza pensar a cosa alcuna, impensatamente, senza giudizio, e goffamente.

Inscite, adv. imperite, inscienter, imprudenter, & inelegannter, Ci. ignorantemente, imprudentemente, lordamente. senza giudizio, goffamente.

Inscitia, tiæ, f. g. inscientia, stultitia, ignorantia, imprudentia, Cic. Ter. in Heaut. ignoranza, pazzia, imprudenza.

Inscitus, ta, tum, inelegans, rudis, Ter. & Plaut. Sporco, lordo, male ornato, senza grazia, di poco giudizio, e intelletto.

Inscius, a, um. insciens, rudis, imperitus, Cic. 4. Acad. che non sa, ignorante.

in-

Inscribo, bis, psi, ptum, bere, intus, vel supra scribo, incido, imprimo, Cic. l. 1. Tusc. Sopra scrivere su qualche cosa, intitolare. inscribere ædes. Plaut. Metter la casa in vendita. interdum dilacerare, Plaut. in Asin. corpus tuum virgis vimineis inscribam, idest, ita dilacerabo, ut notæ inscriptæ videantur, flagris te cædam, Battere con le sferze, che la pelle paja esser sopra scritta, o piena di lettere.

Inscriptio, tionis, f. g. titulus, C. Soprascritta. & apud Jurisconsul. Libellus accusatorius est, sub crimine ab aliquo commisso, quod ubi accusans non probaverit, ad lationem tenebitur, de quo in l. pen. C. de Accasat.

Inscriptum, ti, n. g. Lucill. Gel. Bollettino, scrittura, bolletta, e breve. Boc. G. 9. N. 15.

¶ Inscriptura, æ, pro ipsa inscriptione, sive impressione alicujus rei, Ter. adversus Valent. nobis enim inscriptura hujus feminis.

Inscriptus, ta, tum, Suprascriptus, & non scriptus. Varr. l. 2. Quint. & Liv. Scritto di sopra, non scritto.

¶ Inscrutor. Macrob. Sta. l. 7. 1. Nam si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius.

Insculpo, pis, psi, ptum, pere. imprimo, inscribo. Cic. 2. de Nat. Deor. Scolpire, Pet. e intagliare. Per translationem attribuitur animo, cum dicimus, aliquid insculptum esse in animo, aut memoria, idest, ita infixum, ut nunquam id oblivioni tradamus. Essere scolpito nell' animo cioè aver fisso nell' animo.

¶ Insculptus, pta, ptum, part. præter. impressus, Scolpito, intagliato.

Insecabilis, & le, Quint. Che non si può dividere, nè tagliare.

Inseco, cas, cui, ctum, care, Seco, incido, Col Cic. Tagliare, intagliare.

Insectatio, tionis, f. g. Ver. Li. persecuzione, il perseguitare con triste parole.

Insector, taris, vel tare, tatus sum, tari, insequor, peto, exagito, agito. Cic. pro Fon. perseguitar molto.

Insectus, ta, tum, part. ab insecor, Pl. Tagliato, intagliato.

Insecta, orum. Pl. dicuntur animalia imperfecta, quæ incisuris, & annulis quasi distincta sunt, Unde Alber. Magn. illa appellavit annulata, ut apes, vespæ, stelliones, & multa alia ejusmodi, Pl. l. 11 c. 1. a Græcis dicuntur eadem etymologia entoma, Arist. de hist. ani. Animali imperfetti, che mancano d' ossi, ec. e sono così chiamati da i Greci, e Latini.

Insecutus, ta, tum, part. ab insequor, Pli. Seguitato.

Insedabilis, & le, pen. correp. inquietus, Instabile, inquieto, che non si riposa.

Insedabiliter. Adverb. Lucr. Inquietamente, senza riposo.

Insedatus, ta, tum. Commotus, non sedatus, turbulentus, Cic. Non acquietato, commosso, turbato, travagliato.

Insemino, nas, nare, insero. Gel. l. 9. c. 3. Seminare dentro, generare.

Insenesco, scis, nui, nescere, Senex fio, in aliqua re diutissime moror. Quint. Venir vecchio, invecchiare, consumare l' età in qualche cosa, o divenir vecchio in qualche negozio.

¶ Insenescibilis, senectutis expers, Pol.

Insensibilis, & hoc le. Qui non sentitur, Gel. l. 17. Insensibile, che non si può sentire, e che non ha sentimento.

Insentibilis, & hoc le, idem, quod insensibilis, Lucri Insensibile.

¶ Inseptum, non septum. Ponitur tamen & pro non ædificatum, Fest.

Insepultus, ta, tum, inhumatus, non sepultus, Cic. in Cat. Non sepolto, non sotterrato.

Insequens, tis, Adject. Consequens, Cic. Perseguitante, che segue.

Insequor, queris, vel quere, tus sum, sequi. Sequor, & subsequor, Cic. pro Cluent. Vir. 1. Æn. Seguir dietro, seguitare, perseguitare con parole.

Insequenter, Adv. Gel. Senza proposito.

† Insequutor, oris, sequax, sequutor. Qui sequitur post alium, Seguace, chi segue dietro alcuno.

Inserenus, na, num. Nubilus, nubilosus. Stat. Fosco, nuveloso, non sereno, pieno di nubi. Pet.

Insero, seris, sevi, situm, & serui, sertum, serere, impono, injungo, immisceo, immitto, Cic. 6. Ver. Vir. Eclog. 1. Piantare, seminare, incalmare; metter dentro, o tra due, intramettere, por dentro. Bocc. C. 7. N. 4. inserere aliquem vitæ, Stat. Metter uno al Mondo. Notandum, cum facit in præt. sevi, tunc dici de frugibus, cum vero facit inserui, de arboribus, cum scilicet ramus unius arboris immittitur alteri; vide inoculatio: insero autem variis aliis rebus attribuitur, ut inserere odium hominibus, idest, dispergere, vide insertus, Disseminare, procurare l' odio contra alcuno.

Inserpo, pis, pere, Idem, quod Serpo, obrepo, Stat. 1. Theb. 2. Entrar dentro dolcemente.

Insertus, a, um, part. ab inseror, Messo dentro, o tra due observandum tamen, insertus, non dici de arboribus; sed de aliis rebus, insitus vero aliud participium dicitur: fabula dicitur inseri orationi, vel fabula inserta, cum in sermone aliquo introducitur fabula ad alicujus rei confirmationem, & cum cæteris partibus orationis connectitur, vide insitus.

Inserto, as, avi, frequentativum a supino insertum verbi insero: idem quod insero, immitto, sed auget significationem, item accommodo, apto, Intramettere, metter dentro, e tra due. Virg. 2. Æn.

Inservio, vis, vivi, vitum, vire. Servio, operando, vel navo, Cic. 2 de Finibus, Servire. inservire valetudini, Cic. attendere, aver cura della sanità. Inservire suis commodis, Cic. ut utilitati suæ consulere, Attendere al profitto, al guadagno.

† Insessor, oris, m. g. insidens, inhærens. Che siede sopra alcuna cosa.

Insessus, sa, sum, part. ab insideor, idem, quod circumventus, Liv. Assediato, circondato da insidie. cujus composito Theologi nonnulli utuntur ad significandum, quo modo Deus habitat in cordibus piorum. circuminsessus, & circuminsessio, dicunt, idest, perfectus illapsus, & repletio.

¶ Inseto, filo setam aptare. Ver. dict.

¶ Insibilo, are, sibilo, spiro. Fischiare.

¶ Insiccatus, a, um, non siccatus. Non asciutto.

Insidens, tis, part. inhærens. Liv. Pl. Assediante, insidiatore, o che fa insidie, che siede sopra qualche cosa, e sopra quella si ferma. insidens cura, Liv. Continuo pensiero.

Insideo, des, sedi, sessum, dere, Hæreo, inhæreo, Pl. & Cic. l. 4. Tusc. Soprasedere, sedere. item valet idem atque insidior, seu insidias tendo, vel molitor, Vir. l. 11. Æn. Assediare, insidiare. itinera insidere, Liv. l. 5. Bell. Pun. Prender la strada per assaltare, o assediare alcuno. Aliquando enim construitur cum accusativo casu, ut patet ex prædicto exemplo Livii, quandoque cum dat. ut apud Vir. 11. Æn. silvis insedit.

Insidiæ, diarum, f. g. plur. num. Fallaciæ, fraus, Cęs. Insidie, assedio, aguati, imboscate, insidias alicui instituere, Catul. Apparecchiare insidie, insidiare.

Insidior, aris, vel are, atus sum, ari, insidias tendo, vel facio, vel pono, vel comparo, vel paro, vel instruo, vel molior, & observo, Cic. de orat. Porre aguati, insidiare, assediare. insidiari tempori. Liv. Spiare l' opportunità del tempo.

Insidiosus, sa, sum, Fallax, insidiarum plenus, Cic. 4. Ver. Insidiatore, che procura d' ingannare alcuno, pien d' inganni.

Insidiose, Adverb. C. Con tradimento, con inganno, con truffa.

Insidiator, toris, m. g. Verb. Cice. Insidiatore, spiatore. insidiator, Cic. Assassino di strada.

Insidiatrix, cis, f. g. mulier insidians, Insidiatrice.

Insido, insidis, sedi, insessus, insidere, Clam delabor, descendo. insideo, Virg. Sedere. insidere super clunes, Vives, Cavalcare in groppa.

Insigne, hujus insignis, n. g. Subst. Pl. Insegna, bolla, l' arme della famiglia, o progenie. & in plur. insignia, frequentissime usurpatum, unde insignia prætoria, quæstoria, & ejusmodi, sic insignia laudis, gloriæ, virtutis, insigne pudoris. Ov. insigne regni, idest, diadema, Ci. La corona regale.

Insignia familię nunc appellari possunt notæ, quibus nobiles in omnibus locis utuntur in vexillis, ędibus, & quacumque supellectile, cujusmodi unaquæque familia propria sibi habet, aut a Rege, & Principe concessa, aut virtute, & re gesta majorum nobilitata, cujusmodi sunt leones, apri,

P unda

unda maris, ac similia, *l'arme della casa*.

Insignio, gnis, gnivi, gnitum, gnire. Aut. ad Herennium, *segnare, bollare, e ricamare*. Insignire aliquem. Pl. Ju. *segnare alcuno*. insignire vestem, *ricamare una veste*.

Insignis, & hoc insigne, nobilis, illustris, præclarus. Virg. 3. Georg. *Nobile, illustre, notabile, manifesto, e segnato, bollato per esser conosciuto, nominato tra gli altri, o per bontà, o per malvagità*. insignis ad deformitatem, Cic. *molto laido, e diforme*. insignis pietate vir. Vir. Æneid. *uomo illustre per pietà*.

Insignitas, tis, f. g. claritas, nobilitas, *nobiltà*.

Insignitus, ta, tum, part. sive nomen ex part. Cic. *bollato, ricamato*.

Insignia, ium, n. g. Plur. num. Plin. *bolli, segni, ricami*.

¶ Insigniter, eximie, *illustremente, manifestamente, chiaramente*.

Insigniter, & insignite, Adverb. pl. Jun. & Pla. *per eccellenza, chiaramente, manifestamente*.

Insile, is, n. g. suspendiculum, vel perpendiculum, quo tela demissa examinatur, dictum, ut credit interpres Lucretii, quod appensa pectine tela resultet, insiliat, alii dicunt insilia esse duo instrumenta lignea pedibus textorum supposita, quibus alternis resurgentibus, & depressis telæ aperiuntur, & contrahuntur, vulgo *le calcole*.

Insilio, lis, livi, ilui, & ilii, insultum, ilire, Saltu ingredior, vel salio. Liv. & Plau. *saltare su qualche cosa*. insilire in equum, Pl. *montare su'l cavallo*.

Insimul, Ad. una. Stat. *insieme*.

Insimulo, las, avi, atum, are, Accuso, crimen infero, arguo, Ter. & Cice. *incolpare, accusare, biasimare*. insimulare aliquem avaritiæ, Terent. *biasimare l'avarizia d'alcuno*. insimulare, Cic. *trovar causa, accusare alcuno*. item, insimulo est idem, atque fingo, vel simulo, Cic. *simulare*.

Insimulatio, tionis, f. g. Verb. Accusatio, Cic. *accusa, biasimo*.

Insinuo, as, avi, atum. Cæs. *metter in seno, gettar dentro*. insinuare se ad amicam alterius, Plaut. *far pratica con l'amica d'alcuno*. insinuare se in sermonem aliquorum, Cic. *entrare a poco a poco a parlamento con alcuno*.

† Insipide, Adv. insulse, injucunde, *insipidamente, insaporitamente*.

Insipidus, da, dum, Sine sapore, Gel. l. 5. c. 2. *senza sapore*.

Insipiens, entis, Adject. non sapiens, demens, Cic. *pazzo, sciocco*.

Insipientia, tiæ, f. g. imprudentia, dementia, Cic. *sciocchezza, pazzia*.

Insipienter, Adverb. Imprudenter, Cic. *pazzamente, scioccamente*.

¶ Insipo, as, are, verbum est antiquum, & obsoletum, quod Festus interpretator injicere.

Insisto, stis, institi, institum, insistere, Pla. Cic. *fermasi, star fermo su qualche cosa, fermarsi in qualche luogo, in qualche proposito*. insistere negotium aliquod, Plau. *proseguire una faccenda*. Unde insistere ponitur pro operam dare, & sollicitare, urgere, *faticarsi, sollecitare*. Virg. & Pl. item resisto, obsisto, immoror. *resistere*. Cic. item inniti, *appoggiarsi*: ut insistere hastæ, Pl.

Insistere vestigiis alicujus, Pl. *seguitare le pedate d'alcuno*. & per translationem mores alicujus. & vitam imitari, *imitar i costumi d'alcuno*.

¶ Institio, nis, Verb. Progressioni opponitur, mora.

† Inscitia, tiæ, imperitia, ignavia, *sciocchezza, grossolaggine, gofferia*.

Insitus, ta, tum, part. ab inferor, insereris, innatus, ingenitus, inhærens, Cicer. de lege Agra. *piantato, seminato, radicato, innestato*. insitum, & innatum est animis hominum. *è radicato nell'animo dell'uomo, è cosa naturale*.

Insitus, hujus insitus, m. g. Verb. ab insero, Pl. *incalmazione*.

Insitum, insiti, n. g. Col. *innestamento, una calma*.

Insitio, tionis, f. g. Verb. Col. *Incalmatura, innestamento, innestatura*.

Insititius, tia, tium, Adj. Plau. *incalmato*, & per translationem sumitur pro omni eo, quod non est naturale, Pl. *cosa, che non è naturale in noi*. contra innatum significat in nobis natum, *cosa naturale*.

Insitium, tii, n. g. pulmenti genus ex insectis, & minutatim tritis carnibus confectum, Apitis.

Insitivus, a, um, idem, quod insititius, quod scilicet naturale non est, sed aliunde ascitum, Cel. *cosa, che non è naturale, ma piantata, e innestata dentro un'altra*.

Insitor, toris, m. g. Verb. Pl. *incalmatore*.

Insociabilis, & hoc insociabile. Qui conjungi nequit. Pl. *che non si può accompagnare*.

Insolabiliter, Ad. Hor. *senza poter esser consolato, nè ricever consolazione, sconsolatamente*.

Insolatio, onis, f. g. Verb. ab insolo, las, Pl. *seccare al Sole*.

Insolatus, ta, tum, part. ab insolor, laris, Col. *seccato al Sole, e posto al Sole*.

† Insolatus, ta, tum, Adj. *cotto, o secco al Sole*. Viv. in exerc.

Insolens, hujus insolentis. Arrogans, imperitus, Cic. pro Marc. *insolente, arrogante, che non può durare con persona alcuna*. Et Quin. *non in uso*. insolens lætitia. Hor. *insolita allegrezza*. Insolens bellorum, Tacit. *non usato in guerra*. Victoria sua natura insolens, Tacit. idest superba, hoc est reddens homines insolentes, & superbos, *la vittoria, che rende gli uomini superbi*.

Insolenter, Arverb. Cic. *arrogantemente, fieramente, superbamente, insolentemente*.

Insolentia, tiæ, f. g. Cic. *novità, arroganza, insolenza, superbia, fierezza*.

¶ Indolesco, is, ere, Gel. c. 3. l. 7. Ne. Romani, Perseo quoque rege victo, ad superbiam, ferociamque, & immodicum modum insolescerent.

¶ Insolidum, sive insolido, *interamente*.

Insolitus, ta, tum, Virg. *non solito, non usato*.

Insolo, las, lavi, latum, lare, Col. *seccare al Sole*. insolare crines dicuntur mulieres, dum passos capillos ad solem expandunt siccandi gratia, *asciugar i capelli al Sole*. Sic insolare uvas, unde uvæ insolatæ, *passole*.

Insolubilis, & hoc insolubile, Quint. *che non si può sciogliere*.

Insolutus, ta, tum. Adject. Senec. *che non è pagato*.

Insomnium, nii, n. g. Cic. de Senec. *visione veduta in sogno, sogno*.

Insomniosus, sa, sum. Cat. *gran sognatore*.

Insomnis, & hoc insomne. Nox insomnis, Virg. 9. Æn. *notte; nella quale non si può dormire*.

Insono, nas, nui, tum, nare, idem, quod sono, Luc. *sonare*.

Insons, hujus insontis, Adject. innocens, qui culpa vacat, Liv. *innocente, non colpevole*.

Insonus, a, um, idest sine sono. Apul. *senza suono*.

Insopitus, ta, tum. Adject. Ov. 7. Metam. *chi non dorme*.

Inspectio, onis, f. g. Ver. ab inspicio, cis, Diligens alicujus rei consideratio, Cic. *riguardamento*.

Inspector, ris, m. g. Ver. Pl. *chi guardase un'opera è bene, o mal fatta, come maestri giurati di un'arte*.

Inspecto, tas, avi, atum, ctare, frequentativum ab inspicio, continue, vel attente intueor, specto, præsens sum, Cic. ad Brutum, *riguardare attentamente*.

Inspectatio, onis, Verb. Sen. *considerazione, contemplazione*.

Inspectus, ta, tum, partic. ab inspicior, ceris, Plau. *veduto, guardato, considerato diligentemente*.

Insperans, antis, Adject. Desperans, *che non ispera*.

Insperatus, ta, tum, non speratus, Ter. *non isperato*. Ex insperato, Adverb. Pl. *senza avervi pensato, all'improviso*. Gaudium insperatum. Ter. *allegrezza venuta all'improviso*.

Insperato, Adv. præter spem, Phil. *fuor di speranza*.

Insperabilis, & hoc insperabile. Gell. *che non si sperare*.

Inspergo, gis, si, sum, gere, Cic. *spargere dentro, o di sopra*.

Inspicio, cis, exi, ectum, picere, intus aspicio, valde intueor, ac penitus cognosco, Terent. in Adelphis, *guardar fisso, considerare di dentro, da presso*.

Inspico, cas, care, Virg. l. 1. Geor. *fare a foggia di spiga, aguzzare*.

† Inspiratio, nis, f. g. Verb. afflatus, secretum monitum, *inspirazione, avvertimento in spirito*.

Inspiro, ras, avi, ratum, rare, Col. *soffiare dentro*.

Inspiratus, Justinus Hist. l. 18. Cui cum inspirari vates caverent, non impune canerent.

Inspoliatus, ta, tum, non spoliatus Quin. *non spogliato*.

Inspuo, spuis, spui, sputum, spuere, Pl. *sputare dentro, o in qualche cosa*.

Insputo, as, avi, are. Frequentativum ab inspuo, *sputare spesso*. Pl.

Instabilis, & hoc instabile, inconstans. Pl. *Instabile, che non si ferma in un luogo, leggero, incostante*.

Instabilitas, tatis, f. g. inconstantia, Pl. *instabilità, incostanza*.

Instans, hujus instantis. Adj. imminens, Cic. *instante, che è presente*, apud philosophos vero, & eos, qui philosophia imbuti sunt, ponitur pro momento temporis, pro ea parte temporis, qua præteritum conjungitur futuro, quod est in perpetuo fluxu, *l'istante, e il tempo, che congiunge il tempo preterito col futuro*.

Instantia, tiæ, f. g. Sedulitas, diligentia, assiduitas, Pl. Jun. *continuazione, diligenza, perseveranza*.

Instanter, Adverb. Sedulo, perseveranter, Quint. *perseverantemente, senza cessare, del continuo*.

Instar, n. g. indeclinabile, Vir. *della stessa grandezza*, C. *a guisa, a similitudine*. Solinus, & Apulejus cum præpositione usi sunt, ad instar pro eodem.

Instauro, ras, ravi, ratum, rare. Renovo, reficio. Cic. *acconciare, rinovare, rinovellare, confortare*. Litigant autem Grammatici, num hoc verbum deductum sit ab instar, ut instauro sit ad veterem, & pristinam formam reducere, an vero ab inusitato verbo stauro, quod idem significabat quod restauro, quod etiam non est in frequenti usu. instaurare acies Virg. *rimettere le squadre già disordinate*. instaurare cœptum, Cic. *ricominciare una causa*. instaurare bellum, Cæs. *rinovare la guerra*.

Instauratio, onis, f. g. Verb. Cic. de Arusp. resp. *ristaurazione, rinovazione*.

Instaurativus, va, vum. Cic. 1. de Div. *ristorativo*.

† Instaurativus dies, ultimus Circensium erat Jovis propitiandi gratia additus, de cujus institutione vide Mac. l. 1. Sat. c. 7.

Insterno, nis, stravi, stratum, sternere, operio, Liv. Svet. *coprire, stender di sopra*. insternere equum, *metter la sella al cavallo*. insternere lectum, Ulp. *apparecchiare un letto*, sic insternere mensam, & ejusmodi, *coprire la tavola, apparecchiarla*.

Instigo, gas, gavi, gatum, gare. Sollicito, instimulo, stimulo. Ter. *stimolare, incitare a qualche impresa, instigare*.

Instigatio, tionis. Auctor ad Here. *Instigazione, incitamento*.

† Instigator, ris, provocator, incitator, *stimolatore, incitatore*. & fœm. instigatrix, cis.

Instillo, las, lavi, latum, lare, Cic. de Sen. *gocciare, stillare dentro qualche liquore, stillare, lambiccare*. Transfertur ad animum, & tum instillare significat sensim aliquid in animum immittere: Cic. ad Attic. *stillare nell'animo, cioè metter, o insegnare*.

Instillatio, nis, f. g. Ver. Pl. *stillamento, lambiccamento*.

Instimulo, las, lare. Sollicito, stimulo, instigo, Ov. *stimolare, incitare, movere, instigare*.

Instinctus, cta, ctum, incitatus, instigatus, Liv. *stimolato, incitato, instigato*.

Instinctus, hujus instinctus, m. g. inflatus, sufflatus, instigatio, Cic. *stimolazione, instigazione, instinto, inspirazione*. instinctus naturæ attribuitur animantibus, quæ multa faciunt excellenti quodam naturæ instinctu, ductuque, quæ alioqui a ratione profecta videntur, *instinto della natura*. instinctus divinus, *Inspirazione divina*. instinctu divino agere aliquid, idest ex inspiratione divina, *con l'ispirazione di Dio*.

Instinctor, ctoris, m. g. Tac. l. 7. *stimolante, e incitatore*.

¶ Instingo, impello, incendo.

Instita, hujus institæ, f. g. Hor. l. 1. Serm. Sat. 2. *lista larga, che si usava anticamente a piè delle vesti delle oneste Matrone*.

Institor, oris, m. g. Ulp. & Ov. *mercante, fattore di mercatante, che mai non si ferma*.

Institorius, ria, rium. Svet. *pertinente a mercanzia, e fattori*.

† Institrix, cis, f. g. Plaut. *ancella, che lavora, o si esercita per la patrona*.

Instituo, tuis, tui, tutum, tuere, constituo, statuo, & incipio, & doceo, & erudio, Ter. & Cic. *proponere, deliberare, cominciare, instituire, ordinare, insegnare*. instituere astutiam *Trovare un'astuzia*. instituere aliquem, Cic. *ammaestrare alcuno*. Instituere in animo, Ter. *proponere, deliberare in se stesso*. Vitam instituere, *vivere ordinatamente, proponere come si ha da vivere, indirizzare la vita*. Sallustius.

Institutus, ta, tum, part. ab instituor, institueris, constitutus, eruditus, incœptus, C. Ter. *ordinato, apparecchiato, segnato, instituito, cominciato*.

Institutum, ti, n. g. institutio, instituta ratio, mos, consuetudo, domestica disciplina, Cic. *costume, ordinazione di vivere, cominciamento*. abduci ab institutis suis pecunia, Cic. *esser sturbato dalla mala via con danari*. Antiquum institutum, Valer. Max. *antico costume*. institutum etiam pro incepto ponitur. Pl. *cosa cominciata*.

Institutio, onis, f. g. Verb. præceptum, documentum, Cic. *instituzione, cominciamento, introduzione, precetto, ordine*.

¶ Institutor, is, Lamprid. in Commodo, Tantum valet, ac ingenii vis, aut eorum, qui in aula institutores habentur.

Insto, instas, institi, stitum, stare, urgeo Cic. Cæs. Ter. Sallust. *affrettare con istanza, sollecitare in persona ad una impresa, usar diligenza in qualche cosa, esser presto, diligente*. instare operi. Vir. *affrettarsi*. Præterea instare ponitur pro urgere: unde hostes dicuntur instare, cum undique urgent: aut ponitur pro vicinum esse, *esser vicino*. Sicut & Sallustius usus est in eadem significatione, cum inquit in Catone, optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante cavere, idest noctem, quæ sequebatur. præterea instare viam rectam apud Plau. est insistere, aut ingredi, *entrare in una strada diritta, pigliare una strada*.

Instito, as. avi, frequent. ab insto, repugno, resisto, urgeo, *contrastare*. Cæs. l. 1. Bell. Gall.

Instragulum, idem, quod stragulum. Cat.

Instratus, ta tum, part. ab insternor, eris Liv. Pl. *coperto, steso di sopra*.

Instratum, ti, n. g. Ulpia. *ogni sorte di coperta*.

† Instrenue, Adv. viliter, imperite, *scioccamente, vigliaccamente*.

Instrenuus, nua, nuum. Plau. *poco atto ad una impresa*. Unde animus instrenuus, idest ignobilis, illiberalis, *vile, poltrone*.

Instrepo, instrepis, instrepui, strepitum, instrepere, idem, quod strepo. Virg. 2. Georg. & Liv. *fare strepito*.

¶ Instricatum, vulneratum, Cod. l. antiq. Gloss.

Instringo, gis, xi, ictum, ingere, idem, quod instrepo, Catullus de Lesbia, ubi tamen instringere aliud significare videtur, immo nihil cum eo affine habere. instringere igitur est idem, quod constringo, astringo, quod in usu non est, unde instringere se apud Catullum, est quasi vires in unum colligere, *radunare le sue forze*, suum animum colligere.

Instructio, onis, f. g. Verb. ab instruo, is, constructio, Trajanus ad Pl. *fabbrica, ordinanza*.

Instructor, oris, m. g. Verb. qui instruit, Cic. *chi apparecchia, e ordina*.

Instructus, ta, tum, part. ab instruor, eris, sive nomen ex part. Cic. *fornito, guernito, apparecchiato*.

Instructus, hujus instructus, m. gen. Verb. Cic. *apparecchio, apparato, guarnimento*.

Instrumentum, ti, n. g. Cic. *instrumento d'ogni sorte, per qualunque maneggio*, Svet. *carte, lettere, registri, instrumenti de' Notari*.

Instruo, uis, uctum, struere, paro, compono, Cic. pro Mur. *apparecchiare, ordinare, disporre, fornire, guarnire*. instruere copias, Cæs. *metter le squadre in ordinanza*. instruere alicui calumniam, Ulpian. *macchinare, fabbricare contra alcuno una calunnia*. instruere aliquem, Lactant. *ammaestrare alcuno*.

¶ Instudiosus, Apulejus in Apologia. Quid enim tandem si medicinæ neq; instudiosus, neque imperitus quæpiam remedia ex piscibus quæro?

Instupeo, es, ui, idem, quod stupeo, aut valde stupidus sum, *stupire*.

Istupens, entis, com. gen. Pl. *stupito, stordito*.

Insuasum, insuasi, n. g. Pla. *color giallastro, fumoso*.

Insuavis, & hoc insuave, non suavis, C. *amaro, pocograto, aspro*.

† Insuaviter, Adverb. Aspere, insipide, *insoavemente*.

Insubide, Adverbium, apud Gellium, & Macrobium, idest, subito, intempestive, atque insubide differebat, idest priusquam subiret, aut in mentem veniret quod diceret, *subitamente, presto, temerariamente*.

Insubres, *Milanesi, e Pavesi, nei nomi antichi, e moderni*.

¶ Insubtiliter, Adv. indocte *goffamente, non sottilmente*.

Insucco, cas, cavi, catum, care, imbuo, seu inficio, quasi succo attingo, Col. *ammollire, temperare, bagnare in qualche liquore, imbrattare, tingere*.

Insuefacio, is, eci, idem, quod assuefacio, *costumare, avvezzare*.

Insuefactus, ta, tum, Cæs. l. 4 Bell. Gall. *avvezzo, usato, assuefatto a qualchecosa*

Insuesco, scis, uevi, scere, Assuesco. Pl. & Col. *assuefarsi, usarsi, avvezzarsi*.

Insuetus, ta, tum, insolitus, & pro imperito sumitur, Virg. 6. Æn. & C. ad Attic. l. 4. *non usato, insolito, disusato*, insuetum iter, Vir. *strada insolita, non usata*. insuetus mos, Cic. *costume non usato, non buono*. insuetus laboris, Cæs. *non avvezzato alla fatica*.

Insula, læ, f. g. terra, quæ undique maritimis clauditur undis, a salo dicta, Cic. *isola, e stanza, circondata da ogni parte di strada, come le case de' Principi*.

Insularis, & hoc insulare, *pertinente ed Isola, che sta in Isola*.

Insulsus, sa, sum, Cic. *senza sale, o sapore, senza grazia* per translationem sumitur pro fatuo, stupido, insipiente, Cic. *sciocco, ignorante, senza giudizio*. Unde apud Cic. mos insulsus, idest, præter æquum, aut fatuus, ineptus, *costume tristo, inetto*.

Insulse, Adv. imprudenter, inepte, C. *scioccamente*.

Insulsitas, sitatis, f. g. ineptia, C. ad Att. l. 13. *gofferia, grosseria, sciocchezza*.

† Insultabundus, da, dum, Adject. insultans, *beffeggiante, che burla*.

Insulto, tas, tavi, tatum, tare, Cic. *assalire, dileggiare, levarsi contra alcuno, beffare*, Cic. *farsi beffe di alcuno*. & significat idem, quod salio, Stat. *saltare, saltellare*.

Insultans, part. Virg. *beffeggiante, dileggiante, che salta*.

Insultatio, onis, f. g. Verb. Quin. *beffeggiamento*, & idem significat.

Insultura, ræ, Plaut. ipse insultandi actus.

Insum, es, insui, esse, Ter. *esser in qualche cosa*. inest in amore fructus. Ci. *vi è alcuno profitto nell' amore*. insunt in amore hæc omnia vitia Injuriæ. Ter. *questi modi d' ingiuriare sono causati dall' amore*.

Insumo, mis, insumpsi, insumptum, insumere, impendo, & consumo, Cic. ad Attic. l. 5. *spendere, consumare*, insumere operam, Cic. *spendere la fatica in qualche impresa*.

Insuo, suis, insui, insutum, insuere. Var. *cucire dentro*. & per translationem pro conjungo, *congiungere*. Livius item pro immiscere, implicare. *mescolare, o congiungere due cose insieme*.

Insuper, conjunctio, præterea, Cic. *oltra di ciò, oltra di questo, d' avvantaggio, per di sopra*.

Insuperabilis, & hoc insuperabile. Pl. Jun *che non si può vincere, insuperabile, invincibile, indomito*.

Insurgo, surgis, surrexi, surrectum, surgere, Contra surgo, Vir. Æn. *levar all' incontro*. insurgere remis, Vir. *forzarsi a vogare, prender i remi per vogare*.

Insusceptus, a, um, non susceptus, *non pigliato, o ricevuto*.

Insusurro, ras, ravi, ratum, rare, in aures leviter obstrepo, Cic. 4. Acad. *parlar nell' orecchia*.

¶ Insusurratio, Jul. Capitol. in M. Antonio: Cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur.

Insutus, ta, tum, part. ab insuor, insueris, Cic. *cucito dentro*.

Insincerus, ra, rum, Adject. non sincerus, Gell. *non sincero, non puro*, item Virg. 2. Georg.

Intabesco, bescis, intabui, intabescere, & tabesco, tabe consumor, Col. *divenir secco, marcio, e magro*.

Intactus, cta, ctum, integer, impollutus, immaculatus, Liv. & Laur. *non toccato, intiero, e immacolato*. Ario. intactus infamia, Silv. *senza macchia d' infamia*. Grex intactus, apud Vir. Æn. dicitur pro puro, non corruptus macula, aut defectu ullo, *gregge non toccato, senza macchia*.

Intactilis, & hoc tactile. Liv. *che non si può toccare*.

Intaminatus, ta, tum, Adj. incontaminatus, ta, tum, & intactus, *non contaminato*.

Intantum, Virg. 6. Æn. *tanto, a tanto, intanto*.

Integellus, a, um, diminutivum ab integer, Cic. ad Dolab. *intiero, poco intiero, integro, e non di tutto sano*.

Intego, gis, xi, ctum, gere, Col., cooperio, tego, Cæsar Bel. Civil. *coprire*.

Intectus, cta, ctum, part. ab integor, integeris, Tectus, Liv. *coperto*.

Integer, gra, grum, incorruptus, inviolatus, castus, solidus, & innocens., solutus, liber, C. 1. Orat. *intiero, integro savio, non guasto, nè corrotto in parte alcuna: chi non è obbligato, ma può fare ciò, che gli piace*. integra filia, Plau. *figliuola non corrotta*.

Integrum, i, n. g. Subst. unde res in integro dicitur esse tunc, cum ita est, ut possit fieri, & omitti, idest in potestate esse, *esser nella potestà di fare, a non fare*. sic restituere in integrum, in pristinum statum reducere, *rimettere nel primo stato*. Sic ab integro, idest denuo, rursus. *nuovamente*. & de integro, pro eodem, *di nuovo, d' intorno*.

Integre, Adverb. incorrupte, caste, Cic. *intieramente, interamente, puramente*.

Integerrime acta vita, Cic. *vita passata purissimamente*.

Integritas, tatis, f. g. innocentia, Cic. 3. Ver. *integrità, purità, innocenza, buona disposizione, sanità*.

¶ Integritudo, integritas, D. l. 29. initio ex verbis mandati. Secutus animi mei integritudinem erga optimos, fidelissimosque conditores.

Integro, gras, gravi, gratum, grare, Reficio, recreo, perficio, inchoo, restauro, innovo, Virg. *ricominciare, rinovare*.

Integrasco, scis, scere. Integror, restauror, Ter. *esser integrato*. integrascit hoc malum. Ter. *questo male si rinova*.

Integumentum, ti, involucrum, Cic. *coperta, coprimento*.

Intellectio, nis, f. g. perceptio, & cognitio rei, *la cognizione, conoscenza d' alcuna cosa*.

Intellectus, cta, ctum, participium ab intelligor, geris, Cic. Ter. *inteso, conosciuto*.

Intellectus, us, m. g. Verb. Pl. Col. & Quin. *intendimento, conoscenza, significazione, sentimento*.

Intelligo, gis, lexi, lectum, intelligere, Cognosco, sentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, & comprehendo, perficio, animo percipio, Cic. *intendere, conoscere*. intelligere animum alicujus. Ter. *intender la fantasia d' alcuno*.

Intelligens, hujus gentis, adjectivum. Sciens, sapiens, ingeniosus, doctus, prudens, callidus, Ter. & Cic. in Part. *intendente, conoscente*. intelligens judicium, Cic. *giudizio ben inteso*.

Intelligentia, tiæ, f. g. prudentia, cognitio, scientia, notio. Cic. *conoscenza, intelligenza, notizia, prudenza*.

Intelligenter, Adverb. Cum docilitate, Cic. *intendentemente*.

Intelligibilis, & hoc le, quod mente percipi potest, *che si può intendere*.

¶ Intemperantissime. Adv. Apulejus in Apologia. Apud omnes intemperantissime gloriatur.

Intemerandus, da, dum, Adjectivum. Non temerandus. Val. Max. *che non dee esser violato, nè contaminato*.

Intemeratus, Virg. 1. Æn. *non violato, nè sporcato*. unde fides intemerata, idest non violata, Virg. 2. Æn. *fede, che non è stata violata*. Sic sacra intemerata 3. Æn. dicuntur, quæ rite in omnibus rebus peracta sunt. *Sacrifizj ben fatti con tutte le cerimonie, e riti, che non vi mancava niente, in nessuna cosa profanati*.

¶ Intemero, as, avi, atum, *senza offendere, o violare*.

Intermilium, oppidum, *Ventimiglia nei nomi antichi, e moderni*.

Intemperans, rantis. Adject., immoderatus, intemperatus, qui se omni libidine infecit, libidinosus, impurus, cupidus, Cic. de Sen. *Intemperato, che non può dominare i proprj appetiti, immoderato*.

Intemperantia, tiæ, f. g. incontinentia, insolentia, Cic. 4. Tusc. *mancamento di non poter moderare i suoi appetiti, lasciarsi trasportare da' suoi desiderj*.

Intemperanter. Adverbium, intemperate, insolenter, immodeste, inconstanter, Cic. 1. Phil. *temperatamente, senza modestia, e misura*.

† Intemperantissimus, ma, mum, superl. *immoderatissimo*. compar. vero intemperantior, oris.

Intemperate, Adv. idem, quod intemperanter, Cic. de univers.

† Intemperatissime, Adv. superlat. *immoderatissimamente*.

Intemperatus, a, um, immoderatus, C. in Piso. *immoderato, non temperato*.

Intemperiæ, tiarum, f. g. plu. num. erant Deæ habentes vim nocendi, & intemperantiam excitandi, Cat. *nome delle Dee, che travagliano gli uomini con gli stimoli della intemperanza, e li travagli d' animo, che non lasciano riposare l' uomo, specialmente se vengono da rimorso di coscienza*.

Intemperies, riei, f. g. prava rerum dispositio ex mixtione orta, intemperamentum primarum qualitatum in corpore, inconveniens temperatura, C. Col. *indisposizione del tempo, mala disposizione, distemperanza*. unde dicimus intemperiem cęli, cum aer aut nimium calidus, aut nimium frigidus est, *aria distemperata, quando e disposta a piovere, aere nuvoloso*.

Intempestas, statis, f. g. intemperies, Pl. l. 8. *mala disposizione*. intempestas cœli, Plaut. *indisposizione d' aria, di tempo*.

Intempestivus, stiva, stivum, Perversus, præposterus, Cic. de Amic. *fuori d' ora, di tempo, intempestivo*, Pl. *che predice male a venire*.

Intempestive, Adv. importune, Ci. 1. Offic. *fuori di tempo, o di stagione*.

Intempestivitas, atis, f. g. intempestas, *tempo fuor di proposito*.

Intempestus, sta, stum, ut intempesta nox, Vir. *di mezza notte, quando ciascuno riposa*. Pro eodem omnia hæc dicuntur, noctis concubium, noctis conticinium, noctis silentium; in quo scilicet omnia concumbunt, tacent, silent, *la mezza notte, quando tutte le cose sono in silenzio, o riposo*.

¶ Intemporalis, æternus, nullo tempore finitus, Prud.

Intempore apud Philosophos significat cum tempore, videlicet, postquam incępit tempus, a motu Cęlorum.

Intendo, dis, di, sum, & tum, dere porrigo, contendo, intento, Cice. *tirare, dirizzare, caricare*. intendere alicui rei. Pl. Jun. *attendere a qualche cosa, prendere cura* intendere animum in Regnum, Sallust. *procurar di aver il Regno*. intendere curam alicui, Pl. *aver pensiero di qualche cosa*. intendere vincula collo. Virg. *legare il collo*.

Intendens, part. sive nomen ex participio, ut, intendentibus se primum tenebris, Liv. *venendo la notte*.

Intensio, nis, f. g. Verb. Col. *stendimento*

Intensus, sa, sum, Cic. *steso*. & pro inflato, ac tumido sumitur.

¶ Intentatus, part. Liv. 9. ab urbe, Gladiis etiam plerique intentati, & vulnerati quidam, necatique.

Intentatus, ta, tum. Non expertus, non tentatus. Cic. in Læl. *non provato, nè esperimentato*.

Intentatio. Ver. ut intentatio digitorum Senec. *il minacchiare con le dita*.

Intente, intentius, intentissime. Adverbium. Diligenter. Pl. Epist. *attentamente, con diligenza*.

Intentio, tionis, f. g. Verb. Contentio, diligentia, mens, consilium, animus, Cic. 1. Tusc. Quin. *estendimento, sforzamento, intenzione, volontà, attenzione, pensiero, e diligenza a fare qualche cosa, fine, soggetto, accrescimento*. Gell.

Intento, tas, tare. Frequentativum ab intendo, & idem est, quod Minor. Virg. 1. Æn. *minacciare, tendere*. intentare mortem. Virg. 1. Æn. *minacciare la morte*. sic intentare manus in aliquem, est injicere, *metter le mani sopra alcuno*. intentare arma, sicam, gladium, & ejusmodi, apud Livium, & Hircium, *presentare l' armi, o spada ad alcuno*.

Intentus, ta, tum, Extensus, extentus, contentus, attentus, Cic. de Orat. *attento, con diligenza, e teso*, Arcus intentus, Pl. *arco teso*.

Intentus, tus, m. g. Verb. projectio, porrectio, Cic. pro Sest. *intenzione, stendimento*.

Intepeo, es, ui, ere, & pro eodem intepesco, incalesco, & tepidus fio, Prop. & Ov. *divenir tepido*.

inter, prepositio est, que accusativo jungitur, C. in Cat. *tra, fra, intra*. inter cęnam, C. *tra il cenare*. Hinc oritur interea, & interim, & interdum.

Interalbico, cas, care. Ad albi colorem contendo, ad album accedo. Quin potius colorem album per intervalla ostendere interalios colores emicantem, ut fit in nonnullis gemmis, & in vestibus sericis diversi coloris, *mostrare or il color bianco, or no, come fa l' ormesino cangiante, e altre cose simili*.

Interamnia, sive interamna, vulgo Namia, urbs Umbriæ, ita dicta, quod inter duos amnes sit posita, *Città di Termole*.

Interaminium. *Terame nei nomi antichi e moderni*.

Interanea, neorum, n. g. n. plur. intestina. Colum. l. 10. & Pl. *interiora*. Bocc.

Interaresco, scis, scere. Aridus, & languens fio. Cic. 5. Tusc. *seccarsi affatto, divenir secco del tutto*.

Interbibo, bibis, bibi, bitum, bere, Totum bibo. Pla in Aul. *bere affatto*.

Interbito, tas, tare, intervenio, Plau. in Most. *intervenire*.

marrubium, bii, n. g. Pl. l. 20. c. 12. *erba detta marrubio*.

mars, tis, m. g. & Mavors, Virg. *Marte detto Dio della Guerra*, & apud C. *la guerra*. Præterea Mars est unus ex planetis septem, supra Solem, naturæ vero calidæ, & infortunium minus dictum, *uno dei pianeti*. præliari Marte dubio, idest cum victoria ad neutram partem inclinat, victoria dubia. Marte suo aliquid facere, idest sine alterius ope, suis viribus, Cic. sic Marte nostro, meo, tuo, & ejusmodi.

marsi, populi, *dove è Martelago, e Cejano Città, nei nomi antichi, e moderni*.

¶ marsus, Circes filius, qui Marsorum Genti in Italia nomen dedit, ut testatur Pl. l. 7. c. 2.

martius, tia, tium, Ov. Fastor 5. *pertinente a Marte*. martius campus, *campo marzo*.

¶ Martialis, le, Adj. martius, *spettante a Marte*. martialis campus.

marticola, le, Ov. *chi attende alla guerra*

martigenus, Adj. Marte genitus, Pla. *generato di Marte*.

martius, tii, m. g. *mese di Marzo*. martiæ Kalendæ, Cic. *primo giorno di Marzo*.

marsupium, pii, n. g. Pla. *borsa, sacco, bolza*.

martes, is, f. g. animal quoddam ex genere mustelarum, cujus pellis summo habetur in pretio, Martial. l. 10. *una sorte d'animale, la pelle del quale è molto stimata*.

martyr, ris, m. g. *testimonio, martire*.

martyrium, latine, Testimonium, *Martirio*.

¶ marunda, mensuræ genus, heminas sex capiens, Auctor Julius Pollux.

mas, ris, m. g. Cic. l. 2. de Natur. Deor. *maschio*.

masculus, la, lum, Nonius, *forte, virile, veemente*. & masculus substantivum, *maschio*, mascula bilis, apud Persium Satyr. 5. idest acris, vehemens, *grande, e veemente*. Alia autem Satyra appellavit bilem vitream. Sic enim Persius audacissimus, & efficacissimus in translationibus, & epithetis est.

masculinus, na, num, Pl. *di maschio*.

masculo, las, lare, robboro, firmo, Apul. *fortificare, e immaschire*.

masculesco, scis, scere, Pl. *divenir maschio, immaschirsi*.

masculetum, n. g. Pl. *Vite, che cresce in alto*.

† marspiter, tris. Mars pater. Ita Martem patrem veteres vocitabant.

massa, sæ, f. g. Colum. l. 12 c. 5. *pasta, e simili cose spesse*. massa auri, argenti, ferri, & ejusmodi aliarum rerum, idest moles, *palla*. Virg. 1. Georg. dixit massam picis, idest portionem picis, *un poco di pece*.

massicus, mons, *la Rocca di Mondragone nei nomi antichi, e moderni*.

massilia, Urbs in Narbonensi provincia, *marsiglia nei nomi propri*.

¶ massiliensis, sis, ex, Massilia oriundus.

massula, læ, f. g. Dim. Col. *picciola massa*.

mas-

masso, sas, sare, Luc. *Ispessire, far in massa*.

mastiche, ches, f. g. Pl. l. 11. cap. 12. *Mastiche*.

mastigia, giæ, m. g. Verberibus dignus, Plaut. *Degno di scorreggiate*.

mastix, cis, m. g. Scutica, flagellum, *scorreggiata, staffile*. Inde calumniator Homeri dicitur Homeromastix, & sic Zoili aliorum vocitari possunt cum opus est, Ciceromastix, Maromastix, Nasomastix, aut ejusmodi confingenda sunt, nisi quis neget hoc omnino concessum esse latinis, cum græcis plus nimium liceat.

mastigeus, i, m. g. idem, quod mastigia, Plaut. *Degno di sferza, e bastonate*.

¶ mastigophorus, dicebatur servus flagellifer, qui scilicet agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, virgam præferens ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones.

mastruca, cæ, Sardorum vestis, Cic. pro Scauro, *Veste usata da' Sardi*.

mastrucatus, ta, tum, Ad. Togatus C. de prov. Consular. *Vestito di tale abito*.

mastus, sti, m. g. *Mammella di animali.*

mastus, Virg. *Luogo nella fonte, per dove si cava l'acqua, che ha forma di mammella*.

mastuprari, verbum obscænum est, manu tractando virilia rem veneream peragere in vola manus. Mar. alii tamen legunt masturbari.

mastuprator, is, m. g. qui se prædicto libidinis genere polluit, Mart.

¶ mataris, teli genus minus lancea, Steph.

matella, tellæ, f. g. Dimin. Matula, Plaut. *Mastelletta, vaso da acqua*, Mar. *Vaso da orinare, orinale*.

matellio, onis, m. g. Vas ad hauriendam aquam, Idem ac Matella, Cic. in Paradox.

mateola, æ, f. g. genus sarculi. Cato de re rust. c. 46.

mater, tris, f. g. parens, educatrix, Cic. pro Rosc. Amer. *Madre*. attribuitur nomen matris etiam omnibus animalibus brutis, quæ partu edunt alia animalia, quæque appellantur vivipara. præterea arboribus, ut matres dicantur arbores respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur, Plin. mater mellis, periphrasis apis. Varr. Mater præterea per translationem significat causam, originem, fundamentum, *causa, cagione, origine*. Cic. Sapientia omnium bonarum artium mater, idest causa, & origo.

matercula, læ, f. g. Dim. Cic. & Hor. *Madrecciola*.

materia, riæ, vel materies, ei, f. g. Substantia ex qua aliquid fit, facultas, & argumentum. Quint. *Ogni argomento, soggetto, e materia, della quale si fa qualche cosa*, Liv. *Legni da fabbricare, travamenti*.

materiarius, rii, m. g. Pla. in Mil. *Legnajuolo, maestro di legname*.

materiatus, ta, tum, Adject. quod ex materia confectum est, Cic. 3. Offic. *Fatto di legame, e materia*.

materiatio, nis, & materiatura, f. g. Vitr. *Legname di una fabbrica*.

materior, ars, ari, Verbum castrense apud Cæs. l. 7. Bell. Gall. pro materiam cædere, qua utebantur milites ad conficiendum vallum. *Far provisioni di legni, e altre cose necessarie in guerra*.

mater matuta, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellarunt a vetusto nomine manum, quod illis bonum significabat.

maternus, na, num, Cic. *Di madre*.

mater familias, f. g. matrona, ac Domina familiæ, C. & Gell. *Donna maritata, e soggetta al marito, patrona di casa, donna e madonna di ogni cosa, madre di famiglia*. proprie apud antiquos mater familias dicebatur illa, quæ uxor erat ejus, qui jam factus esset paterfamilias: non poterat autem esse paterfamilias, nisi qui e paterna potestate emancipatus fuisset: quæ autem sit differentia inter matremfamilias, & matronam, vide in voce matrona.

† materia, riæ, f. g. *Materia, proposito*. Apud Rhetores materia est propositum quæstionis, id scilicet, circa quod versatur oratio. Apud Logicos vero est objectum, quod agitur in logica, vel alia Arte. Apud Philosophos vero principium, & pars compositi.

matertera, ræ, f. g. matris soror, Cic. & Ov. *Zia, sorella di Madre*.

† matralia, lium, n. g. festa concelebrata in honorem Matris matutæ.

† matresco, scis, sive, ut apud medicos, matrizo, Similis fio matri. *Esser somigliante alla madre*: Filii matrescunt.

matricida, dæ, m. g. parricida, qui matrem occidit, C. ad Qu. Fr. *micidiale della madre, ucciditor della madre*.

matricidium, Cic. *omicidio di madre*.

matrimonium, nii, n. g. connubium, viri, & mulieris legitima conjunctio, Cic. 4. Verr. *matrimonio*. Accipere aliquem in matrimonium, Tac. *pigliar per marito*.

matrimonialis, & hoc le, quod ad matrimonium spectat. *Cosa pertinente al matrimonio*. S. Augus. lib. 13. de Civitat.

matrimus, mi, m. g. matrem viventem habens, C. *Chi ha madre viva*.

matrix, cis, f. g. Col. *Femmine tenute per far razza*. præterea matrix est ventriculus, seu locus, ubi fœtus resident in ventribus matrum, *La matrice delle donne*. Similiter medulla arboris dicitur matrix, *Midolla*, Ruel. l. 1. c. 2.

¶ matrona, vulgo Marne, nomen est fluvii campaniam Galliarum alluentis, Aus.

matrona, næ, f. g. mater familias, & domina familiæ, Cic. *Donna degna, onorata, madre di famiglia, patrona di casa*. Proprie autem loquendo apud Romanos veteres matrona in hoc differebat a matrefamilias, quod matrona in lecti tantum consortium, non bonorum, & hæreditatis veniebat, idest matrona non succedebat marito defuncto; mater vero familias, velut filia marito ad hæreditatem, aut hæreditatis partem succedebat.

matronalis, & hoc le, Plin. *Di femmina onorata*.

matruelis, & hoc le, Martianus, *figliuolo, o figliuola del fratello di mia madre*.

matta, tæ, f. g. Ov. *Stuora, copertura, scirpo, o gionco, un materazzo*.

¶ mattarius, qui in matta dormit.

matula, læ, f. g. Pla. *Boccaletto, orinale, boccale da orinare, mastella*.

maturate, Adv. cito, celeriter, mature C. *prestamente, per tempo, a tempo, a buon'ora*.

maturatio, nis, f. g. Festinatio, properatio, ad Heren. *celerità, prestezza*.

maturatus, a, um, Cic. *Maturo, e affrettato*.

mature, Adverb. Cito, maturate, celeriter, Terent. Cic. 3. offic. & Phil. *prestamente, per tempo, a tempo, a buon'ora*.

maturesco, scis, turui, scere, Perficior, absolvor, Cic. *Maturarsi, divenir maturo*.

maturescens, scentis, partic. Quod ad maturitatem pervenit, Cic. *chi divien maturo*.

maturissime, Adv. celerrime, quam celeriter, Cic. l. 3. Orat. & Cæs. 1. Bell. Gall. *molto per tempo, molto a buon' ora*.

maturissimus, a, um. Cic. Gel *maturissimo*, & maturrimus, Tacit. l. 12.

¶ maturrimus, aliud superlativum, Tacitus l. 12. Robur ætatis quam maturrimum precari.

maturitas, tatis, f. g. Tempestivitas, tempus maturum, vel opportunum, Cic. pro Cœlio. *Opportunità, maturità, tempo opportuno*.

maturo, ras, rare, Accelero, propero, maturitatem affero, Cic. ad. Att. *maturare, far prestamente, a tempo*. maturare fugam, *fuggire velocemente, prestamente*, Virg.

maturus, ra, rum. Tempestivus, & coctus, Cic. de senect. Virg. & Ov. *Maturo, e chi viene a tempo*. Tempus maturum, Cic. *Tempo opportuno*. Maturus orator, Cicer. *Un' Oratore grave, intelligente, e moderato*. maturus ævo, Virg. *Vecchio*. Maturum judicium, Cic. *Giudizio ponderato*, matura ætas, periphrasis senectutis, *Vecchiezza*. matura tamen senectus, idest festina, nimis celeriter adveniens, præcox, *Vecchiezza veloce*. Virgo matura viro, Horat. & pro eodem patiens viri. *Donzella da maritarsi, nell'età che conviene, o quando può prender marito*.

matuta, tæ, f. g. Cadmi filia, & crepusculum diei, Cic. ad Attic. lib. 11. *L'alba del giorno, l'aurora*. Aurora, Leucothea aliter dicitur.

matutinum, ni, n. g. Subst. pro mane sumitur, Cic. *La mattina*.

matutinus, a, um, Cic. ad Attic. l. 1. & Pl. *Di mattina*. precatio matutina, Virg. *Orazione, che si fa la mattina*, Surrectio matutina, Vives. *Il levare*

la

la mattina per tempo. matutinis omnibus, pro quolibet mane, Pl. l. 10. cap. 43.

¶ matycethæ, populi Scythiæ Europææ, Steph.

mavors, tis, m. g. Mars, & est figura epenthesis, ut induperator pro Imperator, Cic. l. 5. de Natur. Deor. *Marte, Dio della guerra.* Hinc dicitur fortissimus Mavors, inclytus, rigidus, sævus, & sanguineus.

¶ mavortis, vestis quædam mulierum, & monachorum.

mauri populi, qui Mauritaniam regionem incolunt. Cic. & Hor.

mauritania, niæ, f. g. Cic. *Mauritania, parte della Barbaria.*

mausoleum, i, n. g. magnificentissimum sepulcrum Mausoli regis Cariæ, unde omnia sepulchra sumptuosa dicuntur Mausolea. Mar. de Amph. Domit. 1. Epist. *Sepolcro magnifico, e splendido di qualsivoglia Re.*

Mausos, agri Corinthii vicus est, Step.

maxilla, læ, f. g. mala, Cic. in Orat. *La mascella.*

maxillaris, & hoc lare. Pl. l. 31. ut dens maxillaris, *Dente mascellare*. alio nomine dicitur molaris dens; vide dens.

maxime, Adv. Sup. Summe, potissimum, præcipue, præsertim, Cic. *Sommamente, massimamente, e sopra il tutto.*

maximus, a, um. Summus, amplissimus, præcipuus, singularis, unicus, immanis; incredibilis, ingens, divinus, immortalis, Ci. *Grandissimo amplissimo.* Hinc maximus Pontifex. Deus Optimus Maximus, *Il grande Iddio.* frater maximus. *Chi ha più età di tutti i fratelli.*

maximopere, Summopere, C. in Epist. Fam. *Grandissimamente, sommamente.*

maza, f. g. panis genus, constans farina, oleo, aqua, ac lacte. Cæl, Rhodig. l. 9. c. 12. & Suidas: est autem vox græca, *Una sorte di pane.*

mazonomum, i, n. g. vox græca, idest lanx magna, in qua carnes ferebantur, Hor. 2. Ser. Sat. ult. *Vaso grande da portar la carne.*

M E

MEabilis, & hoc le, Pl. *Chi facilmente passa per tutto,*

meandrus, dri, m. g, Anfractus, sive obscurus cavernarum recessus.

meapte, Ablativus casus pronominis meus, a, um, cum adjectione syllabica, & significat idem, atque mea, Ter. meapte causa, *Per amor mio, per causa mia.*

meatus, tus, m. g. Pl. *Corso, passagio*, & significat occultam rem, seu viam, minimeque apparentem, *Una strada nascosta, e segreta.* Item ponitur pro ambagibus, & astutia, *Frodi, e inganni.*

mecastor, Adv. jurandi, Ter. *Così mi ajuti Castore.*

¶ mecestus, Troadis fluvius in Rhindacum influens, cujus meminit Stra. l. 2.

¶ mechanemata, ingeniosa manuum opificia, Sidon.

mechanicus, ci, m. g. Faber, Svet. *Mecanico, artefice di opere, ingegnoso, lavoratore.*

¶ mechanoptus, mechanurgus, machinarum fabricator.

mæcenas, est nomen proprium equitis clarissimi, & apud Augustum potentissimi, cui velut uhico patrono Virg. Georg. & Hor. libros Carm. inscripsit.

mecum, Adv *Meco, con meco, tra me stesso, dentro nel cuore, o nell'animo* Notandum eleganter jungi solere cum his particulis una, simul, ut una mecum colloqui, mecum facere, & mecum sentire, prodesse meæ opinioni, pro quo barbare dicitur facere pro me. *Esser della opinione, o parer mio.*

medea, deæ, f. g. Cic. *Medea, famosa incantatrice.*

medens, tis, partic. Sanans, curans, medicinam afferens, Cic. *Chi medica, sana, e dà medicina.*

medeor, ris, vel dere, deri, Verbum deponens, curo, sano, medicinam affero, vel præbeo, & adhibeo, occurro, Ci. pro Quin. *Sanare, medicare.* mederi inopiæ, Cæs. de Bell. Gall. *Rimediare alla povertà.* mederi Reip. Cic. *Ajutar la Repubblica.*

mederga, antiqua dictio pro erga me, per epenthesin literæ d, & metathesin syllabarum, *Verso di me.*

medi, orum, Populi sunt ita a C. nominati.

medianus, na, num, Qui in medio est. Vitr. *Chi è nel mezzo.*

mediastinus, ni, m. g. mancipium vilissimum, Cic. in Catil. *Guattero, che serve a ogni bisogno, famigliazzo.* mediastinum tamen medici appellant membranam in ventre hominis, quæ dividit thoracem in duos ventriculos, instar parietis mediani, *La membrana del petto, che divide il petto in due parti.*

medica, cæ, f. g. Col. *Cerfoglio, erba di tre foglie.*

medicabilis, & hoc le. Qui sanari, curarive potest. Ovid. *Medicabile, che si può sanare.*

medicamen, minis, n. g. medicamentum, medicina, remedium, valetudinis curatio, C. in Pis. *Medicina, medicamento, rimedio.* Accipitur præterea medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, idest, tinguntur, *Colore*, Plin.

medicamentarius, rii, m. g. Pl. l. 19. c. 6. *Speciale, che apparecchia il medicamento, e pigliasi per medico.*

medicamentosus, sa, sum, Cat. c. 15. *Medicinale, che porta medicina, e rimedio.*

medicamentum, ti, n. gen. medicamen, medicina, remedium, valetudinis curatio, Cic. l. 3. Offic. *Medicina, medicamento, rimedio.* medicamenta amatoria, vel ad extinguendum amorem; vel contra ad provocandum in mulierem, alio nomine appellantur philtra. *Medicamenti, e rimedj amorosi, ovvero stregarie per eccitar l' amor d' alcuno, o per movere l' amore da una ad un' altra.*

medicatio, tionis, f. g. Col. sed rectius a Cic. medicamen, & medicamentum, *Rimedio, medicamento.*

medicina, næ, f. g. medicamentum, remedium, valetudinis curatio, ars medendi. Ci. Ter. & Ovid. *Rimedio, medicina, medicamento.*

¶ medicinæ, arum, medicorum tabernæ, *Speciaria, botteghe di medicina.*

medicinalis, & hoc le. Pl. l. 32. c. 10. *Medicinale.*

medico, sed usitatius quidem apud omnes medicor, caris, cari, sano, curo, medicinam affero, prebeo, adhibeo, curationem adhibeo. T. & V. *Rimediare, sanare, medicare.* Notandum aliquando construi cum dativo, ut apud Vir. 2 Geor. Senibus medicantur anhelis: quandoque cum accusat. apud eundem, 11. Æn. sed non Dardaniæ medicari cuspidis istum evaluit.

medicatus, a, um, quod medicamentis admistis infectum est, aut quod ad medicamenta utile est. Medicare fruges, medicata pocula, medicatæ ficus, sapor medicatus, medicatus odor, & alia apud probatos auctores omnia, *Cosa, che serve ai medicamenti, o che è mescolata con medicamenti.*

medicus, ci, m. g. Qui medicinam affert, valetudinis curationem afferens, Cic. *Medico.*

medicus, ca, cum, Virg. l. 3. Georg. *Cosa che medica.*

medietas, tatis, f. g. medium, & pars media, Cic. *Metà.*

medimnum, ni, n. g. & medimnus, ni, m. g. mensuræ genus senos modios capiens, Cic. 5. Verr. *Misura di sei moggi.*

† mediocriculus, la, lum, Adjectiv. diminut. a mediocris. *Assai mediocre, assai picciolo.*

mediocris, & hoc cre, medius, modestus. Cic. l. 2. de Orat. Hor. *Moderato, mediocre, che non è grande, nè picciolo, modesto, temperato, mezzano.*

mediocritas, tatis, f. g. modus, nec nimium, nec parum, Cic. *Mediocrità, nè troppo, nè poco.* Virtus in mediocritate ponitur. *La virtù è posta nel mezzo tra due vizj.* mediocritas aurea, Hor. idest divina, excellens, præstans, *La mediocrità eccellente.*

mediocriter, Adv. modice, prudenter, temperate, Cic. 4. Verr. *Moderatamente, mediocremente.*

mediolanensis, & hoc Mediolanense, Cic. *Di Milano, Milanese.*

mediolanum, Urbs Cisalpinæ Galliæ metropolis, *Milano, Città.*

medioximus, vel medioxumus, idem quod mediocris, & medius, *Mediocre.* Plaut. dii medioximi sunt, qui statum, & vitam habent mediam inter utramque naturam, mortalitatem, & divinitatem, participantes cum terrestri, tum celesti natura, qualem existimant Herculem, *Dei mezzi tra gli uomini, e gli Dei.*

¶ Medion, oppid. in finibus Ætoliæ, Polyb. l. 28.

Medipontus, i, m. g. instrumentum pro conficiendo oleo, Cat. c. 3. *instrumento per far l'oglio.*

† meditabundus, da, dum, assidue meditans, cogitans, *chi di continuo pensa.*

meditans, tis, part. cogitans, commentans, Cic. *meditante, contemplante, che medita, e contempla.*

meditate, adverbium, Plaut. *pensatamente.*

meditatio, nis, f. g. commentatio, contemplatio, Cic. pro Clue. *pensamento, pensiero grande.*

meditamentum, ti, n. ge. Tac. lege meditatio.

† Meditativus, va, vum, adject. quo aliquid meditamur, ut verbum meditativum, *verbo, con cui si pensa* ut cenaturio, *pensar alla cena.*

¶ meditatorium, locus meditationi, & lectioni destinatus.

meditatus, ta, tum, cogitans, præparatus, commentatus, tam in activa, quam in passiva significatione, Cic. de offic. *pensato, o che ha pensato.*

meditor, taris, tari, commentor, considero, attente cogito, Cic. Terent. *considerare, meditare, pensare attentamente, commentare.*

mediterraneus, a, um. Cic. & Cæs. l. 6. bel. Gal. *chi sta infra terra.*

meditrina, æ, f. g. Dea medicamentorum, unde meditrinalia festa dicebantur meditrinæ sacra, Fest. *la dea delle medicine.*

meditullium, lii, n. g. Cic. *il mezzo di qualche cosa.*

medius, dia, dium, intermedius, interjectus, dimidiatus. Cic. lib. 1. Offic. Virg. lib. 3. Georg. & Hor. *chi è nel mezzo.*

medio æstu, Virg. *nell' ardor del Sole.*

medium, dii, n. gen. Tac. *il mezzo.* Vocare in medium, Cic. 4. Ver. *metter avanti.* & pro eodem in medio ponere, in medium afferre, & proferre in medium: contra, tollere de medio, idest occidere, *ammazzare*, Cic,

medius fidius, Cic. *per mia fede, in fede mia, foggia antica di giurare.*

meduacus, sive Medoacus Venetorum fluvius Patavium alluens, qui nunc vulgo *Brenta* dicitur, *la Brenta fiume nei nomi antichi, e moderni.*

meduacus portus, *porto di Malamoco, nei nomi antichi, e moderni.*

medulla, læ, f. g. Cic. hæc mihi sunt inclusa medullis, idest in animo, Cic. in ep. ad Att. *midolla, che sta nell' osso.* & sumitur pro animo.

medullitus, adv. Plaut. *profondamente, affettuosamente.*

¶ medullia, urbs ab Albanis condita, Romanorum colonia, Steph.

† Megalensis, sis, *che si celebra, o appartiene alla gran madre degli dei cibele.* megalenses ludi.

¶ Megalopsychia, magnanimitas, & megalopsychus, magnanimus.

¶ Megaloprepeia, *magnificenza.*

Megara, ræ, f. g. urbs in finibus Atticæ, & Peloponnesi, ut Cic. refert.

megareus, a, reum, qui ex urbe Megara est, Cic:

megaris, ridis, locus non longe a Syracusis, Cic.

mehercule, jurandi adv. significans per Herculem, C. Att. l. 10. & in Orat. & contracte, mehercle, vide ædepol.

meio, meiis, minxi, mictum, meiere, Pet. *orinare, urinare, pisciare.*

mel, hujus mellis, n. g. Pl. *mele.* mel silvestre, quod fit ab apibus non in alveis domesticis, & manufactis, sed in naturalibus, mel purum, acraton, integrum, quod nullum vitium adhuc passum est, *mele puro, non mescolato.*

melamphyllus, Pl. insula notiori nomine appellata Samus.

melampodium, dii, Pl. *elleboro nero.*

melancholia, liæ, f. g. atra bilis, Cic. 3. Tus. qu. *malinconia, collera nera.*

melancholicus, ca, cum, Cic. *malinconico, colleroso.*

melanchoryphus, phi ficedula dicitur ab edendis ficis, Pl. *beccafico, ucello.* Græce autem dicitur melanchoryphus a nigredine plumarum, seu verticis, latine enim traduci potest, atricapilla, Plin.

melandrum, Plin. *erba.*

melanion, Plin. *nera viola.*

melanthium, thii, n. g. Pl. *nigella, erba.*

melanthion, mons est, apud quem Orestes insania liberatus est.

melanurus, ri, Col. *pesce, che viene tra le pietre.*

melappium, pii, Pl. l. 16. c. 14. *sorte di pomi.*

† melculum, li, exiguum mel, Plaut. *poco mele*, dimin. a mel.

Melibœa purpura, ita dicta ab insula, in qua tingi consuevit.

meliceria, riæ, vel meliceris, ceridis. f. g. Plau. *brusco, o postema di color di cera, e di mele, stanza delle api, dove sta il mele.*

melicus, ci, m. g. Cic. *musico.*

meligene, *Meleda, nella breve descrizione del Mondo.*

melilotis, tis, f. g. Pl. *erba meliloto.*

melimel, n. g. Col. l. 12. c. 45. *confezione di pomi, e di cotogni, e di mele.*

melimelum, li, n. g. poma nana, mitia, mollia, Mart. *pomi di paradiso, pomi dolci, o pomi nani.* V. nanus.

melinum, ni, Var. l. 1. de re rust. *erba melissa*, apiastrum.

mellinus, a, um, quod mellis colorem repræsentat, idest medium inter album, & gilvum, Serv. *di colore di mele.*

melior, & hoc lius, compar. a bonus, potior, commodior, præstabilior lectior, Cic. & Virg. *migliore.*

melioresco, is, ere, melior fio, Col. *divenir migliore.*

meliphyllum, li, n. g. & melissophyllum, Virg. *erba melissa.*

melis, is, f. g. animal, quod & taxus dicitur, mellis avidissimum, unde nomen accepit, Pl. *un' animale, che ama, e brama molto il mele.*

melita, sive melite, Cic. & Ov. *Malta Isola, nella breve descrizione del mondo.* hinc Melitensis, *Maltese*,

¶ militene, est Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ majori, non procul ab Euphrate, Pl. l. 6. c. 3.

melitton, tonis, m. g. Var. *dove si nodriscono le api.*

melitites, m. g. genus potionis dulcis factæ ex melle, & musto, Pl. lib. 19. c. 9. *una sorte di bevanda fatta di mele insieme col mosto.*

meliturgus, gi, m. g. mellarius, Var. lib. 6. de re rust. *chi governa le api, e il mele.*

melius, adv. compar. a bene, commodius, potius, Cic. in epist. fam. *meglio.*

meliusculus, la, lum, Colu. *alquanto migliore.*

meliuscule, adver. aliquanto melius, Cic. *un poco meglio.*

mellarius, ria, rium, cella mellaria, Cic. *caneva, o luogo, dove si tiene il mele.*

mellarius, rii, m. ge. & meliturgus, Var. l. 3. de re rust. *chi ha in governo le api, e il mele.*

mellarium, subst. Varr. *luogo, dove si nudriscono le api.*

mellatio, nis, f. g. mellis vindemia, Pl. l. 12. c. 16. *raccolta del mele.*

¶ mellax, adultus, adolescens, Gl. gl. 6.

† mella, fluvius Galliæ, juxta quem Amello herba frequens nascitur, Serv.

Melleus, lea, leum, Pl. *di mele, che rassembra mele, e ha gusto di mele, cosa fatta di mele.*

melliculum, culi, dimin. blandientis, Plaut. in Cas. *dolcetto.*

mellitus, ta, tum, suavis, dulcis, Pl. & Cic. *fatto di mele, dolce come mele.* verba mellita, oratio mellita per translationem dicta, *parole dolci, piacevoli, che persuadono facilmente.* Sic mellitus puer, jucundus, lepidus, scitus, *gentile.*

mellifer. adject. Ovid. 15. Metam, *chi porta mele.*

mellifico, cas, cavi, catum, care, mel facio, Pl. & Col. l. 2. *far mele.*

mellificus, ca, cum, Col. *di mele.*

mellificium, cii, Var. de re rust. l. 3. c. 16. *artifizio di far mele.*

mellifluus, a, um, ex quo fluit mel, aut quod est melle plenum, *soave, pieno di mele, onde uscì il mele.* Os mellifluum, oratio melliflua, verba melliflua, omnia per metaphoram eleganter dicta.

melligenus, na, num, Pl. l. 16. c. 7. *di mele.*

melligo, ginis, f. g. Pl. l. 11. c. 6. *sugo prese dalle api per far il mele.*

† melliloquus, qua, quum, *chi parla soavemente, dolcemente.*

mellissophyllum, idem, quod melliphyllum, Pl. *erba melissa,*

¶ mellona, & Mellonia, mellis dea.

¶ melolontha, scarabæi genus est, colore viridi nascens.

melodes, melicus, Sidon. *che canta soavemente, e fa melodia.*

melodia, diæ, fœm. gen. dulcis, vel

suavis

suavis cantus, *armonia, canto soave, melodia.*

† Melobosis, Nympha est Oceani, & Tethios filia, teste Hesiodo in Theogonia, sic dicta ab ovibus pascendis.

Melones, um, m. g. & melopepones, & pepones, *melloni*. Pallad.

Melos, ne. g. indecl. cantus suavitas, Pers. *dolcezza di canto*.

† Membrosus, sa, sum, qui magnis est membris, *chi ha gran membri*.

Membrum, bri, n. g. pars cujuscumque corporis, & aliarum rerum, Cic. & Ter. *membro, e ogni parte del corpo*.

Membrum genitale, membrum virile, periphrases honestæ, virga virilis. membrum dormitorium apud Plin. idest cubile, in quo dormitur, *camera, o stanza da dormire*.

Membra in oratione dicuntur incisa, aut commata, quibus sententiæ nondum perfectæ absolvuntur. *virgole per distinguere le sentenze dell'orazione*.

Membratim, adv. per singula membra, Cic. *a membro a membro*.

Membrana, næ, f. ge. pellis superior membra regens, Cic. Plin. *pelle sottile, e bergamina*.

Membranula, læ, f. g. macrocollum, charta, Cic. Att. lib. 4. *picciola pelle di membrana, bergamina, carta*.

Membranaceus, a, um, Pli. *di membrana, e simile a membrana, o bergamina*.

Membraneus, a, um, Pli. *fatto, o composto di membrana, o bergamina*.

Meme,) Virg. a pronom. Ego, *me*
Memet,) *stesso, io medesimo*.

Memini, verbum defectivum, commemoro, memoria teneo, memoria repeto, Cic. de Amic. *ricordarsi, far menzione*, memini diei, Cic. *ricordomi il giorno*. requirit vero hoc verbum modo genit. ut patet in proximo superiori exemplo, modo accusat. ut apud Virg. numeros memini, si verba tenerem.

Memor, ris, adject. non immemor, qui non obliviscitur, & C. & Hor. Vir. *ricordevole, che ha memoria, memore*.

Memorabilis, & hoc le, memoria dignus, commemorandus, Cic. 3. de finibus. Plaut. *memorabile, degno di memoria*.

Memorandus, a, um, memorabilis, commemorabilis, memoria dignus, Cic. & Ovid. 13. Met. *memorabile, degno di memoria*.

Memoria, riæ, f. g. facultas animæ, rerum perceptarum custos, thesaurus. Item recordatio, monumentum, & nomen, & fama, Cic. l. 2. de Invent. & 2. de Or. *rimembranza, memoria, ricordo, ricordanza*. memoria tenere, vel custodire, retinere, aut complecti, Cic. *ricordarsi, tenersi a mente*. memoriæ tradere, prodere, & mandare, Cic. *mandar a memoria, imparar a mente*. post hominum memoriam, vel ex omni memoria, Cic. *a ricordo d'uomo, o come si dice, dopo che il mondo è mondo*. usque ad nostram memoriam, Cic. *fino a' tempi nostri*. magna memoria consulatus tui, Cic. *il gran nome, e fama che hai acquistato nel tuo consolato*. in memoria habere, Ter. *ricordarsi*. memoria sempiterna, Cic. *memoria perpetua*. in memoriam revocare, reducere, vocare, redigere, *ricordarsi d'alcuna cosa, e far un altro ricordar d'alcuna cosa*.

memoriola, æ, f. ge. diminut. a memoria, Cic. ad Att. lib. 22. *memoria picciola*.

memoriale, lis, n. g. nunc barbare a plebeis dicitur pro libello supplici, principi, aut judici, aut prælato exhibito, *memoriale, supplica*. pro eodem dicitur liber memorialis.

memorialis, & hoc le, Sv. *memoriale, ricordo*. liber memorialis, *memoriale*.

† memoriales auditores, in jure civili dicũtur questores ex diversis scriniis assumpti, qui leges, & rescripta perscribebant, aut perscribi curabant.

memoriter, adv. ex memoria, sine scripto, Cic. de Amic. *a memoria, a mente*. narrare memoriter, Cic. *dire a mente senza fallare*. memoriter cognoscere, idest optime & mente, & memoria tenere, Ter. Eun.

memorator, toris, m. g. qui commemorat, & narrat, Proper. *raccontatore, chi narra, o racconta*.

¶ memoratus, memoratio, *rimembranza*

memoro, ras, rare, commemoro, narro, & in memoriam reduco, Cic. de Leg. & 3. Ver. *raccontare, ridurre a memoria, far menzione di qualche cosa*. in tempore memorabo, Cic. *dirò a suo luogo, e tempo*. ordine memorare, Cicer. *parlar per ordine*. memora mihi causas, idest dic, sive narra, Virg. 1. Æn.

† memphis, phis, f. g. *Mensi, palazzo Regale de' Re Egizj*. ita dicta a Memphi filia Ogdoi regis, qui illam ædificavit. Virg.

† memphiticus, ca, cum, adject. deriv. a Memphis, *spettante a Mensi*.

mena, æ, f. g. dea menstruorum mulierum. item nomen piscis, græce sic dicta, quam Theodorus Gaza latine transfert halecem, sed scribendum certe est tum cum æ diphthongo: cum vero est nomen deæ, scribendum cum e vocali: est enim dicta a mensibus, *la dea del menstrui delle donne, e nome d'un pesce*.

menda, dæ, fœ. ge. error, erratum, Cic. *errore, fallo*. V. mendum suo loco.

mendacium, cii, n. g. vanitas, falsitas orationis, Cic. pro Cluen. Ovid. *bugia, menzogna*.

mendaciolum, li, n. g. Cic. *picciola bugia, o menzogna*.

mendaciunculum, *menzognetta*.

mendax, dacis, adject. vanus, totus ex fraude, & mendacio compositus, futilis, Cic. pro Rosc. *mendace, mentitore, pieno di menzogne, o bugie*. fui mendax mihi, idest, falso mihi persuasi, Ovid. Plau. posuit cum genit. in Asin. si hujus rei esse mendacem inveneris, *se tu mi troverai bugiardo, aver bugia in questo*. mendacior, & cissimus, comparat. & superlat. *più bugiardo*.

mendaciter, adv. tametsi nullus auctor classicus citetur in ejus testimonium, ac fidem, tamen sine dubio reperitur apud Plaut. tutelarem dictionum semiobsoletarum, *con bugia, con menzogne*.

mendaciloquus, a, um, adject. mendax, Pl. *bugiardo, mentitore, mendace, pieno di menzogne, o bugie*.

¶ mende, urbs Thraciæ, a mendo, vel mendi muliere: unde vinum mendæum. Steph.

¶ mendesium, unum ex Nili ostiis, auctore Plin. lib. 5 cap. 10.

mendicabulum, li, n. g. mendicitas, aut ipsa mendicatio. Pla. *pitoccheria, mendicazione*.

mendimonium, ii, n. ge. inopia, *povertà, bisogno*. Laberius, ut citat Nonius.

mendicatus, a, um, part. a mendicor, aris, pass. *cosa, che è stata mendicata d'altrui*. ut cibus mendicatus, & vivere cibo mendicato, Ovid. *vivere, mendicare alle porte altrui*.

mendicatio, nis, f. g. Sen. *mendicamento*.

mendicans, cantis, Adjectiv. Plaut. *mendicante*.

† mendicator, ris, mendicans, mendicus, *mendico, mendicante*, & fit f. mendicatrix.

¶ mendice, cui opponitur plena manu, Sen. epist. 33. *mendicamente*.

mendiciter, adver. *mendicatamente, con mendicità*.

mendicitas, tatis, f. g. paupertas, inopia, Cic. pro Flac. *povertà, mendicità*.

mendico, cas, care, eleemosynam postulo, vitæ alimenta ostiatim postulo, Juven. *mendicare, dimandare elemosina*.

mendicus, a, um, pauper, qui pedem in suo ponere non potest, Cic. 2. de Or. *mendico, pitocco, debole*. mendicissimus, i, pauperrimus, Cic.

mendiculus, a, um, diminut. Cicer. in Catil. *picciolo mendico, o come si dice, poveretto, poverello*.

mendose, adver. vitiose, Cic. ad Q. Fr. lib. 5. *viziosamente, scorrettamente, con molti falli, o errori*.

mendosus, a, um, vitiosus, Cic. 4. Ver. & Ovid. *mendace, vizioso, scorretto, pieno di errori, o falli*. mores mendosi, Ovid. *costumi scorretti*.

mendum, di, n. g. vitium, erratum, & menda, Cic. ad Att. lib. 2. *un' errore, fallo*.

¶ meneo, olim erat pro moneo.

¶ menestho, nomen Nymphæ a memorando dictum.

meniana ędificia sũt dicta a menio, Sv. *verroni, terrapetti, poggiuoli, loggie*.

meninx, gis, f. g. & in plur. meninges, sunt duæ membranæ circa cerebrum, quarum exterior dicitur dura mater, crassa, sive dura meninx: interior, quæ est proxima ipsi cerebro, appellatur pia mater: utraque autem est sensus acutissimi, unde oriuntur dolores, & punctiones hemicraniæ, *due membrane intorno il cervello di acutissimo sentimento, chiamate*, Pia Mater, & Dura Mater.

menocci portus, *Monaco, ovvero Villa franca*.

¶ menodorus, medicus insignis, ætate Serapionis, cujus meminit Cato in Therapeut.

menophilus, Eunuchus fuit, cui Mithridates a Pompejo victus filiam servandam dedit in arce quadam, quam cum Manlius Priscus obsedisset, defensoresque deditionem petentes Menophilus sentiret, gladium in viscera ejus compegit, veritus, ne puella captiva raperetur, & violaretur. Lege Ammianum Marcellinum.

mens, tis, f. ge. Intelligentia, ratio, princeps animi pars. Item animus, cogitatio, sumitur pro consilio, sensu, proposito, voluntate, sententia, Cic. & Vir. *Mente, intelletto, memoria, pensiero, volore, intenzione, volontà*. mentis inops, Ovid. *Chi non sa prender partito*. mente captus, i, delitus, Cic. *Privo d'intelletto, di mente, e senza giudizio, fuor di se stesso, o come si dice, senza cervello*. Hac mente sum, Cic. *Son di questo animo, volere i*

mensa, sæ, f. g. Cic. Vir. Varr. *Mensa, banca, desco, tavola, e vivande in tavola, tavola da mangiare, e banco, dove i banchieri, o cambiatori tengono i danari*. mensam consecrare, Vives *Benedir la tavola*. Mensa preterea ponitur pro prandio, cęna, quadra, Juv.

mensarius, rii, m. g. Trapezita, argentarius, Cic. *Banchiero, o cambiatore di danari*.

mensio, sionis, f. g. Verb. a metior, metiris. Dimensio, mensura, Cic. in Or. *Misura, misuramento*.

mensis, sis, m. g. Cursus lunæ, Cic. l. 2. de Natur. Deor. *Mese, corso lunare*. menses in plu. Plin. *Menstruo, flusso di sangue, che le donne patiscono ogni mese*. Lege menstrua.

mensor, soris, m. g. Dimensor, Col. *Misuratore*.

menstruus, a, um, Quod ad mensem durat, & singulis mensibus fit, Cic. pro Rosc. & in Verr. *D'un mese*.

menstrua, orum, n. g. plur. num. Col. idem, atque menses apud Plin. Lege mensis. *Menstruo, o flusso di sangue, che viene alle donne ogni mese*.

menstrualis. & hoc le, quod singulis mensibus fit, Cic. *Che si fa per ogni mese*. mulier menstrualis, Pl. *Femmina, e donna, che ha il flusso, o corso di sangue, che le viene ogni mese*.

mensula, læ, f. g. Diminutivum, Parva mensa, Plaut. *Picciola tavoletta, banchetta, desco picciolo*.

mensura, æ, f. g. modus Cic. *Misura*.

mensus, a, um, Dim. par. Cic. *Misurato*.

menta, tæ,) f. g. Col. & Cic. *Men-*
mentha, thæ,) *ta, Erba, che dal volgo dicesi bia, o erbetta*.

mentagra, græ, f. g. Plin. *Infermità, che viene al mento, ovver barbuccio*.

mentastrum, i, n. g *menta, o bia salvatica*.

mentercosa, civitas est Hispaniæ in finibus Celtiberiæ, Ptol. l. 3. c. 6.

mentigo, nis, f. g. Col. *Infermità delle pecore*. mentiginem pastores olim ostiginem vocabant, est autem morbus pecudum, cum lac mortiferum lactant. *Infermità delle pecore, quando fanno il latte cattivo*.

mentio, tionis, f. g. commemoratio, sermo, Cic. & Ter. in Heaut. *Memoria, menzione, che si fa di qualche cosa*.

mentior, tiris, vel tire, titus sum, tiri, Ementior, mendacium dico, Cic. l. 2. de Nat. Deor. *Mentire, dir il falso, dir menzogne, o bugie*, Col. *Contraffare*, Plin. Jun. *Fingere*.

mentitus, a, um, Falsus, Cic. 4. Acad. *Chi ha detto bugia, o menzogna*.

mentula, læ, f. g. Parva, vel pusilla menta, Cic. *Erbetta, erba picciola*. sumitur etiam pro membro genitali humano, *Membro virile*. Cat. Martialis. Virg. in Priapo.

mentulatus, a, um, qui mentula præditus est, masculus, *chi ha membro*. Unde merulatior comparativus apud Virg. in Priapo, Deus Priapo mentulatior non est, idest, non est ei major mentula.

mentum, ti, n. g. Cic. *Mento, barbuccio*.

† menus, vir inter Samnites natus, qui mire solitudinem amabat, in qua nequid per otium perperam faceret, apes curabat.

menuthias. *L'Isola di San Giorgio, ovvero Madagascar, nome proprio*.

meo, as, avi, are. Transeo, item exeo, mano, & fluo, Plin. l. 9. c. 7. *Passare, andare, uscire, scorrere*. meare aliquo, & commeare, *Andar quà, e là*.

meotis, tidis, f. g. *La palude Zabacca*.

mephitis, tis f. g. Virg. *puzza di terra*.

mera, vel Auferis. *fiume soverchio*.

meraculus, la, lum, Diminutivum, Plin. *puro, sincero*.

meraculum vinum, Pl. *Vino con poca acqua*.

meracus, ca, cum, merus, solus, & purus Hor. & Propter. *puro, sincero*. Vinum meracum, Cic. *Vino schietto, e puro*.

meracior, compar. unde vinum meracius, Col. *Vino più puro, dove non s'è messo niente d'acqua*.

¶ merarchia, qui juste parti præest.

¶ merarchia, agmen constans e viris bis mille quadraginta octo.

mercalis, & le. Col. libro septimo capitulo vi. *Vendibile, e mercantesco*.

mercans, cantis, partic. a mercor.

mercator, Negotiator, Cic. *Mercatante, mercante*.

mercatio, nis, f. g. Verb. Negotiatio. C. *Mercanzia, mercato, mercatanzia*.

mercator, toris, m. g. Negotiator, venalitius, mercaturam faciens, Cic. & Hor. *mercatante, e mercante*. Boc.

mercatura, ræ, f. g. Nundinatio, negotiatio, Cic. l. 1. Offic. *mercatanzia, e mercanzia*. Boc.

mercatus, tus, m. g. Nundinæ, emporium, Cicer. Ter. Plaut. *mercato, luogo dove si tratta mercanzia*.

mercedula, læ, f. g. Diminut. Parva merces, exigua merces, Cicer. de Or. *picciol salario, o mercede*.

mercenarius, a, um, operarius, Cicer. *mercenario, chi lavora per salario, o per mercede* Mercenarius dignus est mercede. *Il servitore è degno del suo salario*.

merces, cedis, f. g. Præmium, pensio, pretium, fructus Cic. 2. de Finibus, *Salario, mercede, mercè, pensione, rendita, dono, utile*.

Mercimonium, nii, n. g. mercatura, Pla. *Mercanzia*.

mercor, caris, cari, Verb. Deponens, Nundinor, Emp. C. l. 2. Offic. *Mercare, comprare*. Presenti pecunia mercari, *comprare, e trafficare con dinari contanti*. mercari græca fide. Pl. *comprare con denari contadi, cioè, non a credito, perchè i Greci non guardavano le promesse loro, dove*, Græca fides, *è posto per promesse false*.

mercurialis, lis, f. g. Cic. *Erba mercuriale*. Dicitur etiam mercurialis Virga, quam Mercurius gestat manibus, quæ dicitur Caduceum.

mercurius, rii, m g. C. mercurius dictus est, quasi medius inter homines currens.

merda, dæ, f. g. Hor. *Merda*.

merdo, as, merda inquino, fędo, cõspurco, imbulbito. *Imbrattare*. Albinus.

mere, Adverbium, Plin. in Trucul. *schiettamente, puramente*.

merenda, dæ, f. g. cibus, qui datur post meridem, Pla. *Merenda*.

merendienum, Gloss. est promeridianum tempus.

merendor, aris, deponens, merendam sumo, merenda vescor, quamvis non legatur apud antiquos, tamen frequens est in dialogis puerorum. *Merendare, far collazione dopo pranzo*.

mereo, res, & mereor, reris, Verbum deponens, commereo, promereor, lucror, C. l. 2. de Finib. & Ter. & Vir. *lavorare per guadagno, servire a prezzo, meritare, guadagnare*. Laudem merere, Cæs. *Meritar laude*. mereri de aliquo. C. *Far piacer, o beneficio ad alcuno*. Et dicitur etiam benemereri de aliquo, idest conferre beneficium, C. Sicut e contra male mereri de aliquo. *far male, procurare l'odio d'alcuno per male fattogli*. Sic optime mereri, & pessime mereri. Merere stipendia dicuntur milites, *Servire alla guerra per paga*. Sic eleganter dicuntur equites merere equo, pedites vero pedibus, *Cavaliero, servitore a cavallo, o fante, pedone*. Observandum tamen construi utroque hoc modo, merere stipendia, & merere ære parvo. Svet. & merere sub Cæsare.

¶ mergora, situlæ, quibus aqua de puteo trahitur.

meretricie, Adverbium. Pl. *A foggia di meretrice*.

meretricium, cii, n. g. Ars meretricis, Tranquillus. *Puttanesimo, arte di meretrice*.

meretricius, cia, cium, Ter. & Cic. pro Cælio & 5. Verr. *Pertinente a meretrice, puttanesco, puttaneccio*. Ut opes meretriciæ, amores meretricii, domus meretriciæ, monilia meretricia, basia, vultus, mores meretricii, & alia infinita similia.

meretricor, caris, cari, Verbum deponens, Col. l. 11. c. 1. *Peccare, o fornicare con meretrici*.

Meretricula, læ, f. g. Dim. Parva meretrix, seu scortum. Cic. 5. Ver. *Picciola meretrice.*

meretrix, tricis, f. g. Scortum, lupa, mulier vulgata omnibus, & quæ se omnibus pervulgat, C. pro Cælio, Hor. & Ov. prostibula, amica: differentia tamen est inter meretricem, & amicam, quod meretrix communis sit omnibus, amica vero unius propria, concubina alio nomine dicta, *Signora, cioè meretrice che guadagna disonestamente.* Et Ariost. *Puttana.*

merga, gæ. f. g. Pla. Col. *Forca, o forcola da i branchi lunghi stromento contadinesco da ammucchiare il fieno, o biade.*

merges, tis, f. g. Spicarum manipulus, Vir. 1. Geor. *Terra elevata, e un manipolo di biada.*

mergo, gis, si, sum, gere. Submergo, immergo, Cic. Pl. Virg. & Ov. mergere cymbas. Pl. *Sommergere i burchi o navi.* Per translationem vero mergere significat obruere, involvere. *Avviluppare.* Virg. 6. Æneid.

¶ meridio, as, & meridior, aris, deponens, *Mangiare, ovvero dormire dopo mezzo giorno.*

mergus, gi, m. g. Varr. Virg. 2. Geor. & 3. Ænei. *Uccello smergo.* & apud Col. *Palo di vite piantato in terra.*

mergulus, i, m. g. elycgnium, idest, funiculus lucernæ accensus e gossypio. *Stopino, lucignolo.*

mergus, oris, n. g. genus vasis, quod nonnulli situlam vocant, ita dictum eo, quod puteo mergetur, dum eo aquam haurimus. Situla vero, quod semper aquam hauriat, & semper tamen sitiat, ideo aquam inglutire videtur. *Secchio.*

meribibulus, li, m. g. & merobibus, Adj. Qui vinum sine aqua bibit. *Colui, che beve vino puro, senza acqua.*

meridianus, a, um, Pl. *Di mezzo dì.*

meridiano, Adverb. idest hora meridiana, Pl. *A mezzo dì.*

meridiatio, tionis, f. g. meridianus somnus, Cic. 2. de Div. *Dormire da mezzo dì.*

meridies, diei, f. g. media diei pars, Cic. in Orat. Ver. & Hor. *Mezzo dì, e meriggio.* Per. meridies autem ex sententia multorum est generis communis, non solius f. sicut etiam simplex dies.

† meridionalis, le, Adject. quod spectat ad meridiem, Meridionalis Ventus, *Vento, che spira dal meriggio.*

meridior, aris, ari, & meridio, as, are, Sv. *Dormire a mezzo dì.* Et apud Catu. & Pla. *Desinare.*

¶ meringa, est pellicula in aure, ubi fit auditus. Ita Ver. Vocab.

merito, tas, tare, mereor, mereo, lucror, Cic. 5. Verr. *Guadagnare, meritare.*

merito, Adverb. Jure, optimo jure, pro merito, & ex merito, Cicer. & Ter. *Ragionevolmente, con ragione, meritamente.*

meritissime, Adverb. Superlat. Jure optimo, C. *Ragionevolissimamente, con ottima causa, meritevolissimamente.*

† meritorie, Adverbium. *Con guadagno o usura.*

meritorius, a, um, Cic. 2. Philip. *Meritorio.* meritoria taberna. *Osteria.* Unde equi meritorii, rhedæ meritoriæ, vehicula meritoria. *cavalli, o carrozza d'affittar delle poste.* Pueri meritorii, scorta mascula, pathici, cinædi. *Bagascie.*

meritorium, rii, n. g. Taberna meritoria. Juven. *Osteria.*

meritum, ti, n. g Promeritum, beneficium, & pro mercede capitur. Cic. Terent. *Premio, merito, servizio, piacere, beneficio, e mercede.* Item significat præstitum beneficium.

meritus, a, um, Debitus, justus. Cic. Ov. *Guadagnato, e meritevole, conveniente.* meritus honor, Virg. Æn. *Onore, pompa convenevole.*

¶ meritus, mons Thraciæ apud Pl. l. 4. cap. 11.

merobibus, ba, bum, vel meribibulus, Ovid. Plau. *chi beve vino puro, o senza acqua.*

¶ meroctes, Lapillus porracei coloris, qui lacte sudat, Pl. l. 31. c. 10.

merso, sas, sare, a verbo mergo, Vir. *Sommergere spesso, bagnare spesso.*

merto, pro merso, sicut pulto, Pro pulso. Quin. l. 1. c. 6. *Sommergere.*

merula, læ, f. g. Avis solitaria. Cic lib. 5. de Finibus. *La merla uccello.* Item merula est piscis inter saxa degens. Pl. l. 33. c. 11. *Pesce, che vive tra i sassi, o scogli.*

merula, læ, item est nomen fluvii, qui centenis amnibus augetur. Alluit Albingam Civitatem. *centa.*

merus, a, um, Solus, purus, liquidus, purus, non commixtus, Cic 2. de O. Plin. & Paul. *Solo, sincero, puro.* Merum vinum. Pl. *Vino sincero, schietto, e puro.* meræ nugæ, Cic. ad Att *Schiette bugie, menzogne.* qui ex Isocratis ludo, tanquam ex equo Trojano meri Principes exierunt, Cic. 4 de Orat. idest puri, seu in dicendi arte perfecti. *Oratori perfettissimi, che uscirono fuora della scuola d Isocrate di Filosofia, ec.*

¶ mere, Adverbium, Plaut. Trucul. si amoris poculum accepit mere.

merum, i, neu. gen. substant. ponitur pro vino puro, *Vino puro.* Virg. 3. Æneid.

merx, cis, f. g. Res venalis, C. l. 3. de Rep. Ov. *Mercanzia.* in plurali jam sæpius usurpatum, merces fallaces, & fucosæ, *Mercanzie false, e sofistiche.*

mesapus, pi, m ge. Neptuni filius: Virg. 7. Æn.

mesembria, æ, f. gen. megarensium colonia, Ovid. 1. Trist. Eleg. 9.

mesenterium, rii, n. g. membrana quædam crassa in medio intestinorum, per quod diffusæ sunt venæ, quas vocant mesaraicas.

mesaraicæ, venæ mesenterii, per quas chylus defertur e stomacho in jecur, in mesaraicis autem venis chylus accipit colorem rubeum, antequam ad ipsum jecur deveniat, quod mirum est, nec medici facile ejus causam assignare possunt.

meses, æ, m. g. ventus inter boream, & cæciam medius, Pl. l. 2. c. 47. *Vento tramontana.*

mesia, siæ, f. g. *Transilvania.*

¶ mesocranium, vertex capitis, medium cranii locum obtinens.

mesopotamia, æ, f. g. Regio majoris Asiæ, Cic. *Il paese di Diarbech.*

mespilum, li, n. g. Pl. l. 16. c. 20. *Nespolo frutto.*

mespilus, li, f. g. Pl. l. 17. c. 14. *Albero Nespolo.*

† messala, læ, m. g. nomen proprium insignis Ducis, qui virtute bellicæ scientiæ Siciliæ urbem captam expugnavit.

messana, næ, f g. Urbs Siciliæ, *Messina Città della Sicilia.*

messis, sis, f. g. Tempus metendi. Virg. 5. Eclog. Cic. *Il tempo di mietere, messe, il mietere biade.* Pla.

messor, soris, m. g. Cic. & Virg. l. 1. Geor. *Mietitore.*

messorius, a, um, C. pro Sest. *Da mietere.* messoriæ falces, Ulpia *Le falci da mietere, o da tagliare le erbe.*

Messus, a, um, part. a metior, Virg. *Tagliato, misurato, raccolto.*

meta, æ, f. g. Conus, terminus. Cic. Virg. *Meta, il termine, fine di qualche cosa. Fabbrica larga da basso, e stretta in cima.* Pl. *Un monte di fieno, confini. La parte della mola più alta, o parte superiore.*

meta lactis, caseus, qui factus est ad formam metæ, Martial

metalepsis, figura est, cum aliqua dictio aliquid a sua propria significatione ex his, quæ præcesserunt, denotat, ut post aliquot aristas, Vir. idest post aliquot æstates, vel annos.

¶ metallarii, sive metallici. *Lavoratori di metalli.*

metallum, li, n. g. Pl. *Metallo, come oro, argento, ferro, piombo, e ogni cosa cavata dalla miniera, e la miniera istessa.* Virg. audaci metaphora attribuit arboribus 6. Æn. cum loquitur de ramo aureo, & simili frondescit virga metallo, idest nova propagine, aut stirpe.

metallicus, ca, cum, Pl. *Di metallo.*

metamorphosis, i, transmutatio, vel Transfiguratio.

† metaplasmus, mi, m. g. barbarismus, ita dictus a poetis.

¶ metallifer, metallum gigens, *che produce metalli.*

† metapontinus, na, num, Ex Metaponto oriundus. *Metapontino, di Metaponto.*

metapontum, ti, n. g. Italiæ oppidum, Cic.

metaphora, figura, i. Translatio.

metatio, nis, f. g. Verb. a metor, Col. *Assettamento, ordine.*

metator, toris, m. g. Cic. 11. Philip *Misuratore, o chi pianta alberi a livello, o misura.*

¶ metaphoricus, a, um, sumptus per metaphoram.

metaurus, ri, mas. gen.) *Il fiume Me-*
metaurum, ri, neu. gen.) *tauro.*

meti-

meticulosus, sa, sum, Timidus, Plau. *timido, pauroso.*

meticulus, li, ma. g. Dimin. parvus metus, *picciol timore.*

metior, tiris, vel tire, titus sum, tiri, Dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, norma, vel regula describo. Cic. Virg. *misurare, attraversare, passar oltra, trapassare.* & per translationem æstimare. *stimare.* Ci. unde suo se pede metiri, idest recte perpendere vires suas. vicinum est proverbio alteri Delphico, nosce teipsum. *considerare le forze proprie.*

meto, tis, messui, sum, tere, Vir. lib. 3. Geor. *mietere, tagliare, o raccogliere le biade, o fieno, segare, pascere.* Virg. 4. Georg.

meronymia, miæ, f g. Figura, quæ & immutatio, & traductio appellatur, Cic. & Ter. sine Cerere, & Baccho friget Venus, ubi Ceres pro pane, & Bacchus pro vino sumitur.

metoposcopus, pi, m. g. Plin. lib. 35. cap. 10. *fisonomo, che predice mirando in faccia la ventura, cose venture.* vox græca.

metor, taris, tari, Verbum deponens, Cic. Cæs. Vir. lib. 2. Georg. *collocare per ordine, metter ordine, misurare una città, o fabbrica.* Unde frequenter apud auctores castrametari, vel vocibus distinctis, vel una quasi dictione composita, idest castra figere, collocare in aliquo loco, *ponere ad alloggiare l'esercito in qualche luogo.*

metator, & metatus, vide supra suo loco.

¶ Metaũ, Lesbi oppidum, a Metu quodam Tyrreno ita appellatum. Steph.

Metreta, tæ, f. ge. Juven. *mezzetta, misura di dieci congj.*

metropolis, polis, fæ. ge. Quasi mater Civitas, Budæus. *la città principale.*

† Metropolitanus, ni, ma. ge. *capo di provincia,* Episcopus metropolitanus, *Vescovo della Città principale della Provincia.*

¶ Metropolites, metropolitanæ Civitatis incola.

metrum, tri, n. g. Col. *misura, verso.*

metricus, ca, cum, Pl *pertinente a versi*

metuo, tuis, tui, tuere. Timeo, horreo, in metu sum, metum habeo, Cic. in Cat. & Virg. *temere, aver timore, o paura.* metuo a te insidias, Cic. *temo, che tu mi tradischi.* Crimen metuere, Cic. *temere di acquistar biasimo.* metuo te, id est, metuo, ne aliquid mali mihi inferas, metuo vero tibi, vereor, ne aliquid mali tibi eveniat. Sic timeo te, & timeo tibi.

metuens, tis, particip. & nomen Adject. timens, horrens, Cic. *chi teme, temente.*

metus, tus, m. g. Timor, formido, pavor, horror, suspicio, exanimatio. Cic. 4. Tusc. *terrore, timore, spavento, paura, tema.* Afferre metum alicui, Cic. *spaventare, metter terrore, o paura, far paura ad alcuno.* sic inferre metum, incutere, ferre, adducere, infligere, addere. & plurima alia similia, & pro eodem afficere aliquem gravi metu. metus cadens in constantem virum, modus loquendi apud Theologos Canonistas, cum describunt maximũ quendam timorem, qui nos a peccato excusare valet, ut est intentatio præsentis mortis, & alia. *timor grande, che può cascare nella persona di qualsivoglia, e ancora degl. uomini costanti.*

metutus, a, um, apud Lucretium, participium a metuor. *chi è temuto.*

meus, a, um, Cic. *mio, cosa mia, o di me medesimo.* meum est, ad me pertinet.

M I

Mica, cæ, f. g. Pli. & Cat. *ogni pezzo di pane, e d'altre cose, mica, polvere, che lampeggia nella sabbia.*

mortuus, tua, tuum, morte deletus, sensu, ac vita carens, qui nusquam est, qui ex hac vita migravit, qui e vita excessit, consumptus, Cic. ad Q. Frat. l. 1. Plau. *morto, partito, passato di questa vita.*

¶ morus, a, um, idest stultus, ta, tum, Plau. Mil. sc. 4. a. 2. ego stulta, ac mora multum.

morus, ri, f. g. Pl. *moraro, albero.*

morum, ri, n. g. Hora *un moro.*

mos, hujus ris, m. g. consuetudo, institutum, disciplina, usus, ritus, modus, Cic. pro Cluen. & in Or. *usanza, costume buono, avvenenza ne' gesti, forma di vivere, condizione, qualità.* de more, Virg. *seconda il costume.* morem gerere alicui, Ter. *ubbidire, compiacere ad alcuno.* pravi mores, Cic. *costumi nefandi.*

moscatula, orum, n. g. *peri moscatelli.*

moscuarium, rii, *noce moscata.*

† mosylon, promontorium Æthiopiæ, emporium habens ejusdem nominis, Steph.

motacilla, æ, f. g. avis, quæ semper caudam movet, *squassacoda.*

motio, onis, f. g. verb. a moveo, es, commotio, motus, Cic. l. 2. de nat. Deor. *movimento, moto.*

moto, tas, tavi, tatum, tare, frequ. Virg. 5. ecl. *movere spesso.*

motor, toris, m. g. verb. a moveor, Mar. l. 11 *motore, che muove, e rimuove.*

¶ motum, lineamentum, vulnerarium, linteum carptum, quod vulnerum cutis ad ea implenda inducitur.

motus, ta, tum, part. a moveor, eris, commotus, permotus, Virg. l. 1. Æn. & Ovid. 4. Trist. *mosso, rimosso, spinto.*

motus, hujus tus, m. g. verb. agitatio, impulsus, Cic. de Amic. & Virg. *movimento, commozione, commovimento, moto.* motus cœli, & siderum, Cic. *i movimenti, e corso delle stelle.* motus animi, idest perturbatio, Cic. de Am. *perturbazione di mente, o animo.*

moveo, ves, vi, tum, vere, commoveo, permoveo, adduco, impello, excito, Cic. Cæs. 1. bell. Gall. & Ovid, *muovere, eccitare, indurre, spingere,* movere de opinione, Cic. *Cangiar parere.* movere, idest discedere, ut postquam ille Canusio moveret, Cic. ad Att. l. 9. idest discederet. movere animum, idest impellere, Virg. 3. Georg. cantus movere Virg. *cantare.* sic movere risum, aut cachinnos, *ridere.* movere tragœdias, id est rumorem, tumultum oratione, & verbis concitare, *far rumori grandi.* Quintilianus. movere Senatu aliquem, idest e Senatorum numero, & ordine expellere, removere, *rimovere, cacciare alcuno dal senato,* Cic.

mox, adver. statim, Cic. lib. 2. de Div. Ter. *tosto, incontinente, tan tosto,* Plin. *appresso.* mox, Cic. de Orat. *poco dopo.* mox, idest deinde, Plin. *dopo.*

M U

Muceo, ces, cui, cere, Cat. & Juv. *muffarsi, ed esser muffo.*

mucesco, scis, scere, Pl. *divenir muffo, muffarsi.*

mucidus, da, dum Juv. *muffone, muffoso, mucido.* panis mucidus, *pane muffo,* Juv.

mucor, coris, m. g. Col. l. 12. c. 4. *muffa*

mucosus, sa, sum, Col. *muffoso, muffolente, muffido.*

mucro, nis, m. g. cuspis, acumen, Ci. Ter. Mart. Col. *punta acuta di spada, di coltello, d' una penna acconciata, e d' altra cosa, e si piglia per la spada stessa.*

mucronatus, ta, tum, Pl. l. 31. c. 2. *pontuto, aguzzo.*

mucus, ci, m. g. Catul. *mocogna, moca, sporcizia, che scende dal naso.*

mugil, hujus lis, m. g. & mugilis, is, pro eodem a Græcis dictus cephalos, Plin. *pesce di gran capo.*

mugio, gis, givi, gitum, gire, Liv. *muggire* admugire vero dicuntur boves, cum aut alterum bovem, aut vaccam odorant, aut cum alteri mugienti respondet, *rispondere al muggito d' altri buoi.*

mugiens, part. ut mugientium grex, Hor. *armento, che mugge.*

mugnor, aris, ari, cunctor, moror, & forte, quod alii boni auctores dicunt, musso, idest, taceo, & dissimulo, Cic. ad Att. l. 16. *mormorare.*

mugitus, hujus tus, m. g. verb. Cic. Virg. *muggito di buoi.*

mula, læ, f. g. Cic. Pl. *mula.*

mularis, & hoc mulare, Col. l. 6. c. 27. *pertinente a mula.*

mulcedo, dinis, f. g. Gell. l. 10. c. 9. *mulcedine, mitigazione, mitigamento, intenerimento.*

mulceo, ces, si, cere, permulceo, lenio, Cic & Virg. 1. Æn. *indolcire, addolcire, intenerire, pacificare, mitigare, ungere, polire, placare, umiliare.*

mulciber, ciberis, vel per syncopen cibris, Cic. l. 1. Tusc. Vulcanus dicitur a mulcendo, idest molliendo ferro, & mulciber apud Ov. pro igne intelligitur, cum dicitur, mulciber urebat picem, &c.

¶ mulcto, as, pugnis, calcibusque afficio, Gloss. Arab.

¶ mulcta, *pena, condannazione in danari.*

mulctra, ræ, f. g. Virg. l. 3. Georg. *secchio, o secchia da latte, quando il latte si monge d' una vacca ad un tratto.* & Col. l. 8. c 17. intelligit ipsum lac.

mulctrale, lis, n g. Virg 3. Geor. *secchio, o secchia, e ogni vaso, nel quale si monge.*

mulctrum, tri, n. g. Hor. *secchio, o secchia da mongere.*

mulctus, hujus ctus, m g. verb. Colum. *il mongere il latte.*

mulgeo, es, si, vel xi, sum, vel ctum, gere, lacte mammis exprimo, Virgil. Georg. & Ter. *cavare, o mongere il latte.*

mulgens. part. *che monge, o cava latte.*

mulgo, as, vox obsoleta, cujus composita sunt in usu, ut promulgo, ipsum tamen reperitur apud Plaut. *manifestare, o palesare.*

mulier, ris, f. g. fœmina generis humani, C. l. 2. de leg *femmina, moglie, donna.*

mulierarius, a, um, effeminatus, Cic. pro Cœl. *dedito a femmine, femminile, molle, effemminato.*

muliercula, læ, f. g. dim. Cic. 1. Tusc. *femminella, donnicciuola.*

muliebris, & hoc bre, mollis, Cic. l. 1. Offic. *donnesco, cosa da femmina.*

muliebria, plur. n. g. subst. sumuntur pro menstruis mulierum, vel pro natura muliebri, aut molli ingenio, sicut pudenda pro virili: interdum pro libidine præpostera, unde cinædi pathici dicuntur pati muliebria, Sall. in Cat. *fiori, o menstrui delle donne, ec.*

muliebriter, adv. effœminate, Cic. l. 2 Tusc. *femminilmente, mollemente a foggia di femmina.*

† muliebritas, tatis, f. g. effœminatio, ipsa mulieris conditio, *stato, condizione di donna.*

¶ mulieratus, mulieribus deditus.

mulierosus, sa, sum, Cic. l. 3. Tusc. *troppo dedito a femmine, tenero, delicato.*

mulierositas, atis, f. g. propensa in fœminas voluntas, cupiditas fœmineæ voluptatis, seu viri in mulieres ardor, Cic. 4. Tusc. *inclinazione alla femmina.*

muliero, as, avi, *effemminare, far molle,* Non. & Var.

mulio, mulionis, m. g. qui mulos agit, Cic. *mulattiere, mulione.*

mulionius, nia, nium, Cic. pro Sest. *mulionesco, mulattieresco, cosa da mulattiere.*

mulleus, mullei, Fest. *pantofole usate da' Re Albani, e poi da' Romani Senatori.*

† mullores, mutus, Gl. gr. 5.

mullus, mulli, m. g. Pl. l. 9. c. 17. & Cic. *pesce detto barbone.*

mullulus, luli, m. g. diminut. Cic. in Parad. *barbone picciolo, barboncino.*

mulseus, sea, seum, dulcis. Col. l. 12. c. 43. *di mele, dolce come mele.*

mulsum, mulsi, n. g. Pl. & Cic. Tusc. *vino melato.*

mulsus, sa, sum, Plin. & Colum. & Plaut. *melato, addolcito, ammelato.* mulsa dicta, Plaut. *parole soavi, e dolci.*

multa, multæ, f. g. Var. *pena, condannazione.* multam committere, C. pro Clue. *esser condannato all' emenda per fallo commesso.* sufferre multam legis, Cic. *patire la pena, che comanda la legge.* multa autem erat in pecunia, pœna autem nomen generale & aliis diversis rebus, multam alicui irrogare, imponere, dicere, idest multare. *Condannare alcuno all' emenda.*

multatio, tionis, f. g. Verb. Ci. pro Rabirio, *Condannagione, pena.*

† multatitia pecunia, *Denaro scosso per condannagione.*

multatitius, tia, tium, Liv. 1. *Scosso per condannagione.*

¶ multarium, Gloss. Pl. mortarium.

multatus, ta, tum, part. a multor, multaris, Cic. pro Cluent. *Condannato all' emenda.*

multangulus, Adjectivum, Lucr. *Di molti cantoni.*

multibarbum, sive multibarbis, Apul. in Pl. *Molto barbato.*

multibibus, ba, bum, Plau. in Curcu. *Gran bevitore.*

multicavatus, ta, tum, Varro 3. de re rust. *Di molti fori.*

multicavus, a, um, O. *Chi ha molte cave.*

multicaulis, & hoc multicaule, multos habens caules, Pl. l. 21. c. 9.

multicolor, loris, Adj. multos habens colores, Pl. l. 10. c. 10. *Di molti, e più colori.*

multifacio, cis, cere. Magni æstimo, Cic. *Far gran conto, stima.*

multifarius, ria, rium, Gell. *Di più sorte, e maniere varie,* multifarie, *a più modi*

multifarium, Adv. multis modis, Ci. l. 2. de Orat. *In diverse maniere e modi, in molti modi, e variamente.*

multifarie, idem quod multifariam.

multifer, ra, rum, Pl. l. 16. c. 16. *Chi porta, o produce molte cose, fertile.*

multifidus, da, dum, Pl. l. 12. c. 37. *Fenduto in molte parti.* idest multifissus, Martialis. Sic. Fluvii dici possunt multifidi, qui in mare excurrunt pluribus ostiis, ut nilus, & ejusmodi. *Fiume, che ha molte bocche nell' entrare in mare.*

multiforis, & hoc multifore, Pl. & O. *Di molti fori, forami, buchi, pertugi.*

multiformis, & hoc multiforme, varius, diversus, Cic. l. 1. Acad. Pli. *Di forme diverse, di molte forme.*

¶ multiformiter, Adverbium, variis modis. *In diverse maniere.*

multiforatili, & hoc le. *Chi ha molti buchi.* Apul.

multiforus, Adject. idem quod multiforis, Ov. *Di più fori.*

† multigeneris, & multigenere significat quod est multorum generum, *Di molte maniere.*

multigenus, na, num. Var. Pl. *Di più sorte, o maniere, di molti generi, di molte qualità.*

multijugis, & hoc multijuge, sive multijugus, multijuga, multijugum, idem est quod varius, & multiplex, Ci. ad Attic. lib. 4. *Di maniera diversa, vario, moltiplice.*

† multiloquentia, tiæ, f. g. *Gran parlare, ragionar lungo.*

multiloquus, a, um, *Chi parla molto, cianciatore.*

multimodus, da, dum, Liv. 1. Bel. pun. *Di più sorte, di modi, maniere.*

¶ multinuba, æ, quæ multis nupsit, Cornutus.

multinummus, ma, mum, Adject. ut multinummi asini, Varro 3. de re rust. *Asini venduti per molti danari.*

multipartitor, oris, m. g. *Divisore di molte parti.*

multipeda, dæ, f. g. Siste multipedes, multorum pedum animal. Pl. l. 6. c. 6. *Verme di molti piedi.*

multipes, pedis, Adj. *chi ha molti piedi.*

multiplex, plicis, Adj. varius, copiosus, Cic. de Amic. *Di molte pieghe, di più maniere, e modi.*

multipliciter, Adv. Pl. *In diversi modi, maniere.*

† multiplicius, Adverb. Comp. *In più guise, e maniere.*

multiplico, as, avi, atum, care, multiplicem reddo, aut facio, Cic. ad Q. Frat. & Pl. *Moltiplicare, aumentare, accrescere.*

multiplicatus, ta, tum. Adj. Auctus, Cic. *Aumentato, accresciuto.* multiplicata domus, Cic. *casa aumentata.*

multiplicabilis, & hoc multiplicabile, multiplex, C. 4. Tusc. *Moltiplicabile.*

multiplicatio, tionis, f. g. Verb. Col. *Moltiplicazione, aumentazione.*

multipotens, multipotentis, c. generis, Plaut. in Bacc. *Di molta potenza molto potente.*

multiscius, a, um. *chi sa molto, dotto, o letterato.*

multisonus, na, num, Mart. l. 1. *che rende varj, e diversi suoni.*

multisonorus, ra, rum, Col. *Di alto suono.*

multivagus, ga, gum, Qui multum vagatur, Pl. *chi va, e viene in diversi luoghi, e non si ferma.* cursus Lunæ multivagus, Pl. idest vagus, ambiguus, *corso della Luna vago.*

¶ multivius, a, um, Apul. complurium jumentorum multivii circuitus.

multivolus, la, lum, ut multivola mulier, Cat. *Femmina, c'ha diversa volontà.*

multitudo, nis, f. g. Frequentia, celebritas, turba, caterva, cœtus, chorus, populus, vulgus, corona, manus, colluvies, Ci. l. 2. de Orat. *Moltitudine, assembramento, turba, e compagnia.*

multitia, multitiorum, n. g. plur. nu. Juv. *Veste di fili sottili.*

multo, tas, tavi, tatum, tare. Punio, condemno, Cic & Virg. & Teren. *castigare, condannare, punire.* multari virgis, Liv. *esser battuto.* multo præterea significat verberare, male tractare. *Battere, trattare alcuno male.* Terentius.

multum, Adv. Valde bene, non parum Cic. l. 7. Ep. Fam. *Molto.*

multo, Adverb. Longe, multis, vel omnibus partibus, C. *Assai, molto* multo autem cum his particulis eleganter conjungi solet, alius, alter, secus, ante, post, præsto, malo, antecello, excello, & ejusmodi; & cum comparativis, ac superlativis: exempla omnium istorum vide apud alios, vel apud Calepinum.

multus, ta, tum, multiplex, C. pro Pub. Sest. & Cæsar. 1. Bell. Gall. *Molto.* multus in opere, Sallust. *Frequente al lavoro.* multo mane, Cic. *Di buon mattino, per tempo.*

multopere, magnopere, vehementer: Pla. *Molto, grandemente.*

mulus, muli, m. g. Pl. *Mulo.*

¶ mumastes, Cariæ oppidum, cujus incolæ mumastites.

¶ muna, munera militibus data, Gloss. Isid.

mundanus, na, num, Cic. 4. Tusc. *Del Mondo, mondano.*

mundifico, as, avi, atum, mundum facio, tergo, *Polire, nettare.*

mundificatio, nis. Verb. a mon do mundatio, elegantia. *Mondezza. politezza.*

munde, Adv. Munditer, polite. *Mondamente, politamente.*

munditer, Adverbium, Plau. *Mondamente, nettamente.*

munditia, tiæ, Lautitia, elegantia, Cic. l. 1. Offic. *mondezza, politezza.*

mundities, tiæi, f. g. munditia, elegantia, *Politezza, mondezza.*

mundo, das, dare. Pl. & Colum. *Mondare, nettare, purificare, purgare.*

mundus, da, dum, lautus, elegans, Cic. & Ter. *Netto, puro, elegante, terso, polito.*

mundus, di, m. g. Orbis terrarum, universitas rerum, vel mundi, universitatis corpus, & ornatus etiam muliebris, sive virilis, Cic. *Mondo, e ogni sorte di ornamento usato dalle donne per abbellirsi.* mundus dictus est ab ornatu, quia nihil mundo elegantius, ornatiusve esse potest: quicquid enim ornatius est, id in mundo continetur necesse est, sicut & a Græcis dicitur cosmos ab ornatu: sed dolendum, quod græcis permissum fuerat appellare hominem microcosmum, cum latinis latine id facere negatum sit.

¶ munerabundus, munerantis gestum habens, Apul.

munerarius, rarii, qui gladiatorios ludos exhibet populo, Svet. *chi da il giuoco gladiatorio di combattere a corpo a corpo avanti il popolo.*

munerali, & hoc munerale, ut muneralis lex, Plaut. *Legge, che vieta il ricever doni.*

munero, ras, & muneror, raris, vel rare, ratus sum, ratum, rari. Verbum deponens, idem quod largior, Cic. l. 2. de Inv. *Rimunerare, donare, presentare, e guiderdonare, e far un presente. ricompensare.* me optime remuneratus est, Cic *Hammi fatto un buon presente.*

mungo, gis munxi, ctum, gere, cujus composita frequentissima sunt, ut emungo, idem est quod mucum e naribus traho, nares muco expurgo. Vide seq. *Mocare.*

mungor, eris, depon. apud Cat. idem quod mungo. Sed neutrum gloriari poterit nimio usu. *Mocare il naso.*

munia, orum, n. g. plur. nu. munera,

ra, onera, Col. l. 11. *Officio, carico di alcuno, compiacimento.*

municeps, cipis, Adject. civis, qui e municipio est, Cicer. *Che gode dei privilegj d'una Città, come se fosse Cittadino di quella.*

municipium, pii, n. g. conventus, præfectura, Colonia. Cæs. Cic. *Ogni Città, che godeva i Romani privilegj, e Castello, castellananza.*

municipalis & hoc municipale. Qui ex municipio est, Cic. *Pertinente ad una Città, o Castello.* Sacra municipalia, idest propria, & antiqua ipsorum municipiorum. Sic jus municipale, idest quo municipes utuntur, nunc accipitur pro jure proprio cujuscumque Regni, ac Reip. jus vero commune appellantur leges Imperatoris Justiniani. *Decreto municipale, o leggi proprie, e particolari di ciascun paese.*

municipatim, Adv. Per municipia, Svet. *Di villa in villa.*

¶ municipatus, conditio municipis, item veri civis status.

munifex, ficis, Adjectivum, *Chi fa il suo officio.*

munificus, a, um, Liberalis, largus, Cic. *Liberale.*

munifice, Adv. liberaliter, large, prolixe, Cic. 3. de Nat. Deor. *Abbondevolmente, largamente, alla libera.*

munificentia, tiæ, f. g. Plin. *Libertà, larghezza, magnificenza.*

munifico, as, are. Dito, & divitem facio, Luc. *Arricchire con doni.*

¶ munigerulus, Pla. Pseud. sc. 2. a. 1. Munigeruli adsunt ante ædes.

munimen, nis, n. g. Svet. munimentum, Vir. 1. Georg. *Difesa contra qualche cosa, riparo, fortezza, bastione, guarnimento.*

munimentum, ti, n. g. *Fortificamento, riparo.* Lege munimen.

munio, nis, nivi, nitum, nire. Adorno, paro, firmo, confirmo, obvallo, C. pro Milone. *Fortificare, guarnire, adornare.* munire sibi viam in cęlum, C. *Farsi una strada, acquistare una strada di andar in Cielo.*

munito, tas, vide munio.

munitio, onis, f. g. Verb. Cæs. *Fortificamento, o luogo ben fortificato, e ben guarnito.*

munitor, toris, m. g. Verb. Liv. *Chi fortifica un luogo.*

munitus, ta, tum. Septus, vallatus, stipatus, armatus, Cic. *Fortificato, riparato, fatto forte.*

munus, muneris, n. g. Donum. *Dono, o presente.* Cic. ad Brutum. *Ufficio di fare qualche cosa, esercizio, arte, carico, spettacolo.* tuum est munus, tuæ sunt partes, tuum est officium. *Appartiene a te farlo.* munus gladiatorium, id est spectaculum.

munusculum, li, n. g. Dimin. Cic. 3. Offic. *Picciolo dono, o presente.*

muræna, murænæ, f. g. l. li. *Pesce Morena,* & in m. g. cognomen viri.

muralis, & hoc murale, Cæs. *Pertinente a muro, di muro.*

muratus, a, um, muro vallatus, *murato, fortificato di muraglia.*

murcidus, a, um, Adject. Pla. *Stolto, poltrone, da poco.*

murciolum, murcioli, Columella, *Seme di lente.*

murex, hujus cis, m. g. Pli. *Pesce di mare, col cui sangue si tinge la porpora, e intendesi per essa porpora, e di più significa la cima, o punta d'alcuna cosa, come di uno scoglio, o sasso,* Virg.

murex præterea est genus machinę bellicæ, de qua Veger. l. 3. Val. Max. l. 3. *Un'istromento, o macchina di guerra, della quale Vegezio fa menzione.*

muricatus, a, um, Adject. Plin. *A foggia di porpora.*

muricatim, Adv. ut muricatim vertice intorto, Col. *Attortigliato a foggia di questo pesce.*

muria, iæ, f. g. Aqua multo sale condita, Cic. *Salamora.* vel muria est salsugo, idest liquor ex sale resolutus, quam vulgo appellant salmuriam.

muriaticus, ca, cum, Adject. *Chi è stato lungo tempo in salamora.*

† muricida, æ, m. g. homini tribuitur, qui mures interficit, *ammazza sorzi.*

¶ muricidus, qui murem cædit.

murgisco, iners, desidiosus, a mora, & desidendo dictus, inquit Festus.

murina, næ, vel myrina, næ, f. g. Plin. *Vino mirrato, condito d'aromati usati dagli antichi.*

murinus, a, um, Adjectivum a mus, Pli. *Di topo.* color murinus, idem qui asininus. murinum hordeum, nomen herbæ. *Nome d'un'erba.* pisa murina in nonnullis regionibus dicuntur lentes. *Lentigine.*

murmur, is, n. g. mugitus, fremitus, Ci. l. 3. de orat. *Strepito, mormorio.*

murmuro, ras, ravi, ratum, are, *mormorare, contraddire.*

murmuratio, onis, f. g. Verb. Plin. & Sen. *mormoramento.*

¶ murmurillo, as, submurmuro, Pla. in Rud. Qui murmurillas tecum, & te discrucias.

murmurillum, li, n. g. Dim. Pla. *Romore picciolo.*

murrha, murrhæ, f. g. Mart. *pietra preziosa da far vasi da bere.*

murrhinus, na, num, Adject. Plin. *Fatto di tal pietra preziosa.*

murus, muri, m. g. mœnia, propugnaculum, C. & Cæs. *muro, muraglia,* murus oppugnans *Fianco in fortezza.* G. L. Murus tectus, *La cortina,* G. L.

mus, hujus muris, m. g. Plau. *Topo, ratto, sorcio,* mus autem differt a sorice, quod mus minor sit sorice. mus marinus, piscis genus, Pl. l. 9. c. 19. *sorte di pesce,* mures Alpini, reperiuntur in alpibus animalia magnitudine cuniculorum, specie murium, qui fęnum, & alia necessaria in latibula sua sic portant, uno in dorsum projecto, & supino ventre, cæteri fœnum ei superimponunt, quod pedibus ipse ambiens circumplectitur, tamquam tot funiculis, & cæteri postea murem illum cauda domum trahunt, tamquam plaustrum esset.

mus araneus, Pli. *Topo, ragno velenoso.*

musa, musæ, f. g. Virg. 8. Eclog. *Canto.* C. *Scienza liberale,* musæ mansuetiores, Cic. *Studj più piacevoli.*

musæum, æi, n. g. Var. *Luogo da studj.*

musca, cæ, f. g. Cic. de clar. orat. *mosca.* muscas abigere, Cic. 2. de or. *Cacciare le mosche.*

muscula, æ, f. g. Dim. a musca, *mosca picciola.*

¶ musco, nis, magna musca, *mosca grande.*

muscari, est museo tegi, unde emuscari, musco exui. Col. *Esser coperto di musco, o muffa d'alberi.*

muscarius, ia, ium, Plin. *Di mosche.*

muscarium, rii, n. g. Mar. *Faramosche, ventarola, ventolo da cacciar le mosche,* Pl *La testa, o cima di molte erbe, quando sono in fiore, o in grano, come finocchi, anisi, petrosillo.*

muscerda, muscerdæ, f. g. Pli. *merda di Topo.*

¶ muscetum, & musculetum, locus, ubi abundant muscæ, Ver. vocab.

muscipula, læ, f. g. Varro. *macchina da pigliar topi.*

musculus, li, m. g. Dim. Exiguus mus, Cic. l. 2. de Divin. *Sorzino, sorzetto, picciolo topo,* Cæs. *Picciola macchina, sotto la quale andavano i combattenti per far cavamenti.* Pla. Pl. *parte carnuta del corpo, muscolo, topo.*

musculosus, Adject. Cæs. *pieno di muscoli.*

muscus, sci, m. g. *museo, muffa d'alberi.*

muscosus, sa, sum, Virg. *pieno di musco, o muffa.*

† museacum, aci, opus museacum vulgo dicitur, *Opera lavorata a mosaico.*

† musea, orum, n. g. lapilli dicuntur diversi coloris, qui parietibus inglutinantur, ut formentur corpora vel alia.

musica, cæ, f. g. musice, musices, cantus, symphonia, Cicer. & Ter. *musica.*

musicus, a, um, Pli. *Di musica.*

musicus, Substantivum, Cic. *Chi insegna musica.*

musice, Adv. Plau. in Most. *musicamente, intieramente con musica.*

musimon, monis, m. g. Plin. *Cavallo nano, roncino, muletto, asino, asinello, asinetto.*

musi amnis. *La bocca degli Aspidi, nei nomi antichi, e moderni.*

¶ mussio, animal in vino nascens, G. L. A.

† mussitabundus, da, dum, Adject. Qui mussitat. *Chi finge alcuna cosa tacendo.*

musso, as, avi, atum, sare, *mormorare, parlar tra' denti, non osar parlare, parlare in voce bassa, dolersi, lamentarsi.* Virg.

mussito, as, avi, atum, are, Freq. Liv *Tacere, non far motto di qualche cosa, non farne sembiante.*

mustace, ces, f. ge. Seu potius mustax, Plin. *Specie di lauro.*

mustaceum, mustacei, Cic. Juven & mustaceus, i, m. g. pro eodem, Cato, *Sugulo, Zambaglione.* Laureolam in mustaceo quærere, Proverbium, *Cercare in una cosa di poco momento di acquistare gran gloria senza fatica.*

mostarius, a, um, quod ad mostum pertinet, ut urceus mostarius, *Secchio di mosto, nel quale si mette il mosto.*

mustela, æ, f. g. Plin. *Donnola, pesce, detto Lampreda.*

mustelinus, a, um, Ter. *Pertinente a donnola.*

musteus, a, um, Dulcis. Cat. Pli. *mostoso. dolce composto.*

mustricola, æ, f. gen. auctore Festo, machina ex tegulis, qua calceus novus insuitur.

mustus, a, um, vox antiqua idem significans, quod novus, recens, *Nuovo.* Pla. juventa musta, idest tenella juventus, *La gioventù tenerella.*

¶ mustulentum, ut vinolentum, quod odorem habet musti, musto madens. Plat.

mustum, sti, n. g. *mosto, vino nuovo.*

¶ musulum, cinnomomi genus ex Musulo urbe advectum. Gl. Græc. meurs.

mutabilis, & hoc mutabile. Inconstans, Virg. 4. Æn. *mutabile, incostante, instabile.*

mutabilitas, tatis, f. ge. Cice. Tusc. *mutabilità, incostanza.*

mutatio, onis, f. g. conversio, inclinatio, permutatio, motus. Cicer. de Nat. Deor. *mutamento.*

mutatus, a, um, permutatus, versus, *mutato, cangiato.*

mutesco, is, ui, sine su. *Ammutolire, far silenzio.* comp. fit obmutesco, idem ac. sileo, taceo, silentio me involvo.

muticus, Adject. ut mutica spica. Var. *Spica senza erba.*

mutilator, is, g. m. qui mutilat, *Tagliatore, incisore,* fæm. fit mutilatrix, cis, & verbale mutilatio, nis, actus ipse mutilandi, *Incisione, tagliatura.*

mutilus, a, um, Diminutus, & mutilatus, Cic. Ovid. Cæs. & Horat. *Tagliato, troncato, imperfetto, non intiero, tronco.* mutilus cornibus, Cęs. *Senza corni.* mutilus proprie dicitur, cui pars, aut membrum ferro abscissum est: mancus vero, cui naturæ vitio aliquid deest. *Tronco, o storpiato di qualche membro.*

mutilo, las, lavi, latum, are, Idem quod incido, Ter. in Hecy. *Tagliare, troncar qualche cosa.*

mutilatus, a, um, Diminutus, Cic. *Tagliato, troncato, non intiero.* mutilatus exercitus, Cic. *Esercito sminuito, o malfornito.*

mutilum, *mutigliana, nei nomi antichi, e moderni.*

mutina, *Modena nei nomi proprj.*

mutio, is, ivi, itum, ire. Te. *Urlare tra' denti, ammutire, parlare con timore.*

mutito, as, avi, mutua convivia agito: Gell. *Banchettare, mangiare insieme.*

muto, as, avi, atum, are, Mutationem facio, permuto, verto, inverto, converto, immuto, commuto, vario. Cic. *Trasportare, cangiare, trasferire, mutare.* Mutare decretum, jus, factum, consilium, fidem, opinionem, sententiam, & ejusmodi alia, quorum maxima pars apud Cic.

muto præterea ponitur pro cambire, migrare. *Cambiare, andar via.* Sal. mutare se alio, idest transmigrare alio: mutare fidem, Pl. *Non eseguire la fede, nè la promessa, disdirsi.* mutare vultum. Cic. *mutare il colore, come fanno i vergognosi, vergognarsi.*

muto, nis, membrum virile, mentula, *membro virile.*

mutoniatus, a, um, idem quod mentulatus, cui mentula magna est.

¶ muttum, ti, Verbale est a verbo mutio, quod rectius antiquo more mutto scribi videtur.

mutuatio, is, f. g. Verb. C. *imprestito.*

mutulus, li, m. g. Var. Col. *modione per sostener un trave.*

mutuo, Adverb. vicissim, Cic. *Scambievolmente, a vicenda.*

mutuor, is, vel tuare, tuatus sum, tuatum, tuari. Verbum deponens, quod non habeo, aliunde sumo, utendum accipio, Ci. Mar. *Pigliare imprestito.*

mutus, ta, tum, Elinguis, tacitus, C. & Ter. *muto.* Forum est mutum C. *In palazzo non si litiga.*

mutuum, mutui, ne. ge. Plaut. Ter. *Cambio, prestanza, cosa imprestata, imprestito.* Mutuum facere cum aliquo, Pla. *Fare, corrispondere, agguagliare il ricevuto beneficio.*

mutuus, tua, tuum, C. *Vicendevole, scambievole, fatto alla pariglia, prestato, corrispondente ad un'altro.* Par, & mutua benevolentia, Cice. *Amore corrispondente, e scambievole.* Mutuas operas tradere, Ter. *Ajutarsi uno l'altro.* Sic amor mutuus, *Amore vicendevole.*

M Y

MYa, f. g. genus conchæ, in qua uniones gignuntur. Plin. l. 9. c. 35. *Una conchiglia, dentro la quale nascono le perle.*

myacanthon, i, n. g. herba alio nomine dicta corruda, id est asparagus silvestris, *Sparago salvatico.*

myaces, um, Plur. ma. ge. pisces ex concharum genere, Pli. l. 32. c. 9. *Una sorte di conchiglia.*

¶ mycon, nis, nomen egregii pictoris patria Atheniensis, cujus meminit Plin. lib. 36. cap. 6.

mygale, es, f. g. seu com. g. animal medium inter murem, & mustelam, quod a latinis appellatur mus araneus, vide supra, *Ragno velenoso.*

myagrus. Pli. *Erba, e Dio delle mosche.*

mylœcos. Pli. *Verme, che si genera d'intorno le mole del molino.*

myoparo, myoparonis, m. g. Navis piratica, Cic. l. 2. de Ora. *Una sorte di nave chiamata Galeone, o Bregantino.*

myopes, m. g. pl. nu. vox potius græca, quam latina, *chi ha fatti di tal maniera gli occhi, che non può vedere le cose, se non da presso.* Dicitur & in singulari myops, hujus myopis, sed rarius.

myrias, myriadis, f. g. *Decina di migliaja.*

myrica, cæ, f. g. Plin. li. 13. cap. 12. & Virg. 3. & Eclog. *Tamarice erba.*

† myrinus, na, num, Adject. ortus a Civitate myrina, ut myrini campi, qui myrinę inserti sunt.

myriophillum, li, n. g. a Latinis millefolium dicitur, Plin. lib. 24. c. 16. *Erba millefogli.*

¶ myristica nux, *Noce moscata.*

¶ myrmecia, *Pori delle mani.*

myrobalanum, myrobalani, n. g. Cęl. *marobolano frutto.*

myropola, læ, ma. ge. Pla. *Venditore d'odore, d'unguenti odoriferi per ungere il corpo, muschiato, profumiero.*

¶ myropolium, locus ubi unguenta venduntur, *Profumeria.*

myrothecium, cii, n. g. & narthecium, Cic. *Luogo, o vaso, dove si conservano odori, profumeria.*

myrrha, f. g. Plin. *mirra, profumo.* Tyrrheus, rhea, rheum, Prop. *Di mirra.*

† myrrhatus, a, um, Adject. Ex myrrha conditum. *Composto di mirra.* ut vinum myrrhatum, *Vino inframischiato con mirra.* myrrhata potio.

myrrhinus, na, num. Idem.

myrtus, myrti, f. g. *mirto albero.*

myrtidanus. Adject. ut myrtidanum vinum. Plin. *Vino condito con mirto.*

myrteus, a, um, Pli. *Di mirto.*

myrtinus, a, um, Idem, Plin.

myrtetum, ti, n. g. Hor. *Luogo di mirti piantato, o dove nasce la mirtella.*

mysterium, rii, n. g. Initia sacra, res occulta, arcanum. Cic. ad Att. l. 6. *Secreto circa le cose divine.*

mystagogus, gi, rex Sacrorum, & magister, *macro delle cose sacre, governatore, sacrista, sacristano.*

mystes, æ, ma. ge. sacris initiatus, seu addiscens. *Chi impara le cerimonie sacre, o Sacerdote.* Symmistes, qui eisdem cum alio sacris initiatus est, consacerdos, Ausonius, *Compagno, o collega nelle cose sacre.*

mystus, i, m. g. piscis ex genere lacertarum. Pl. 32. c. 11. *Una sorte di pesce, del quale Plinio ne fa menzione nel lib. 32. c. 11.*

mysticus, ca, cum, Mart. *Secreto, mistico, occulto.*

mytilus, li, m. g. genus piscis, ex genere concharum. Pl. *Una sorte di conchiglia.*

myxos, myxi. Mart. *becco della lampada, dove si mette lo stoppino.*

myxon, nis, vox quidem græca, & est piscis apud Romanos olim in deliciis habitus.

N



Consonans est litera, & in fine dictionum producitur, præterquam in his, Forsan, forsitan, an dubitandi adverbio, viden, & similibus: item in nominibus neutrius generis, ut carmen, in accusativis græcis, in on, & in, & an, nisi veniant a nominativo in as.

N A

NAbathea, regio est Orientalis in Arabia incipiens, & pertingens usque ad mare rubrum.

·nabius, Tarraconensis Hispaniæ flu.. Ptolem.

nablium, nablii, n. g. Ov. de ar. am. *instrumento musico detto salterio*.

nactus, nacta, nactum, part. a nancissor, nanciscceris, Cic. & Ov. *chi ha trovato, incontrato*.

næ, adv. affirmandi, profecto, certe, valde, Ter. Cic. in Cat. *certamente, di certo, in verità, veramente*.

nænia, næniæ, f. g. Quint. & Cic. & Ov. *canto funerale*.

† næssus, urbs Thraciæ, patria Constantini regis, a quo etiam condita est.

nævius, Poeta fuit comicus vetustissimus.

† nævosus, a, um, adject. nævis refertus, maculosus, maculis infectus, *macchiato, pien di macchie*.

nævus, nævi, m. g. corporis insigne, qui potius nativa macula corporis, Cic. de clar. Orat. *macchia, o neo fatto dalla natura nel corpo*.

naiades, um, f. g. nymphæ fluviorum, & fontium, Virg. *ninfe dei fonti, e fiumi*.

† nais, meretrix insignis, Steph. in Eucarpia.

nam, conjunctio causalis, namque, enim, etenim, siquidem, quippe, nimirum. scilicet, Cic. Terent. & Virg. *certamente, perciocchè, imperocchè, veramente*. nam in principio semper ponendum: enim in secundo loco, aut tertio.

namnetæ, *Nantes, nei nomi proprj*.

nancisсor, sceris, vel scere, nactus sum, nactum, nancisci, verbum deponens, invenio, adipiscor, consequor, assequor, Plaut. Cic. l. 1. de fin. *acquistare, trovare, incontrare a caso*. nancisci aliquem otiosum, Cic. l. 1. de fin. *trovare alcuno in ozio*.

† nancitor, oris, m. g. inventor, qui casu, & fortuito quidpiam reperit, a verbo nancisсor.

namque, conjunctio causalis, enim, etenim, siquidem, quippe, nimirum, scilicet, videlicet, Cic. *certamente, perchè, imperciocchè, imperocchè*.

nanus, nana, nanum, Juven. *nano, piccolo*.

nanus, ni, m. g. subst. pumilio a Latinis dicitur, Gell. *nano*. mala nana, idest melimela, *pomi di paradiso*.

napus, napi, m. g. Col. *navone*.

napina, næ, f. g. Col. *luogo da seminar navoni*.

nar, fluvius, qui per urbem Narniam fluit, *la nera, fiume ne i nomi antichi, e moderni*.

narcissus, cissi, m. g. Pl. *narciso erba*.

narcissites, æ, m. g. gemma quædam narcissi colorem habens, Pl. l. 27. c. 11. *gemma di colore del narciso*.

narcissinus, na, num, Pli. l. 21. c. 19. *di narciso*.

¶ narcissites, gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis, hederæ distincta; hujus meminit Pl. l. 36. c. 11.

nardus, nardi, f. g. & nardum, n. g. *nardo erba*.

nardinus, dina, dinum, Pl. *di nardo*. nardina pyra, idest odorata, quæ nardum redolent, Pl. l. 19. c. 15. *pere odorifere*.

nardinum, i, n. g. quasi substantiv. subaudiendo unguentum, *unguento di nardo, odorifero*. Plin. l. 13. c. 1.

¶ nardites, vinum nardi odore conditum.

naris, hujus naris, f. g. geminum naris foramen, Virg. *spiraglio, buco, ovvero narice del naso*. nares corrugare, Hor. *cresparе il naso*. indulgere naribus aduncis, phrasis poetica Persii, pro qua Horat. dixit suspendere naso adunco, idest irridere, ludibrio habere, *dileggiare, beffeggiare*. homo emunctæ naris, eleganter dicitur pro viro sagaci, & prudenti.

narro, ras, ravi, ratum, rare, rem gestam expono, demonstro, Cicer. Ter. *dire, recitare, raccontare, contare, narrare*. narrar e stomachum, Pl. jun. *dire quanto si ha in pensiero, ovvero nell' animo*.

narratio, tionis, f. g. verb. rerum gestarum, aut ut gestarum expositio, Cic. de Or. *narrazione, dichiarazione, esposizione*.

narratiuncula, læ, f. g. dim. Quin. *picciola narrazione*.

narrator, toris, m. g. verb. C. l. 2. de Or. *dicitore, espositore, che narra, e racconta*.

narthecium, cii, ne. g. & myrothecium, Cic. l. 1. de fin. *vaso da tenervi medicine*.

narthecia, æ, f. g. species ferulæ humilioris, ferulago, seu ferula minor dicta, Pl. *una sorte di erba*.

narthex, icis, f. g. arbuscula quædam medulla fungosa, Pl. l. 13. c. 2.

nascor, nasceris, vel nascere, natus sum, natum, nasci, verbum deponens, in vitam venio, intro, ingredior, ortum habeo, in lucem edor, suscipior, Cic. pro Rosc. Amer. *nascere in questo mondo*. nasci in pedes, *nascere co' piedi avanti*. justa uxore nasci, Cic. l. 1. Tusc. *nascer legitimamente di padre, e di madre, non esser bastardo*.

nascens, scentis, part. Cic. *nascente*.

nasiterna, næ, Var. l. 1. de re rust. *vaso da acqua con manichi, e largo*.

nassa, nassæ, f. g. vas vimineum ad capiendos pisces, Cic. ad Attic. *nassa, stromento da pescare*.

nasturtium, tii, n. g. herba acri & odore, & sapore, Cic. *agretto*.

nasus, si, m. g. Cic. *naso*, & aliquando nasus ponitur pro acrimonia, & dicacitate, hinc habere nasum dicimus eum, qui est paratus ad deridendum, & qui dicax est. Sumitur præterea pro sagacitate, ducta metaphora a canibus. naso suspendere adunco: idest irridere, vide naris. non cuicunque datum est habere nasum, idest acrimoniam, & vim ad deridendum, Mart. *non è concesso ad ogn' uno la grazia di beffeggiare, e schernire*.

† nasute, adv. dicaciter, reprehensive, *burlescamente, acutamente*.

¶ Nasuti, dicaces, reprehensores, & derisores, *beffeggiatori*.

nasutus, ta, tum, dicax, reprehensor, derisor, Horat. *chi ha gran naso, e pronto a beffare*.

nasutulus, adject. dim. *picciolo beffatore*, & nasutula, læ, f. g. Apul.

nata, tæ, f. g. Virg. *figliuola*.

natabula, orum, pl. n. g. loca ad natandum apta, *luoghi, dove si nuota*. Apul.

natalis, lis, m. g. vel natale, hujus natalis, n. g. & natalitius, a, um, Cic. Phil. 1. *giorno del nascere d' alcuno, natale, natività, nascimento*.

† natalitiæ feriæ, *giorni di natale*. natalitia festa felicitate cumulata cuipiam ominari, *augurar felicissime le feste di natale ad alcuno*.

natalis, & hoc natale, C. *della nascita*

natales, lium, libus, m. g. plur. nu apud Cic. idem est, quod nobilitas, & conditio sanguinis, & familiæ, *nobiltà, e condizione di progenie, famiglia, parentado*. natalibus mulier clara, Pl. jun. *femmina di nobil sangue, stirpe, famiglia*. natales diversarum gentium, idest origo. natalibus aliquem restituere, est, cum nobilitas, quæ aliquandiu latuit, palam omnibus innotescere incipit, dicitur & restitui natalibus.

natales preterea apud Ov. in epist. Sapphus Phaoni sumuntur pro annis, *anni*. sex mihi natales inerant, idest, anni sex, *sei anni*.

natalitius, tia, tium, ut natalitius dies, idest, ad natalem diem pertinens, Cic. 2. de Div. & 2. Phil *giorno della natività di alcuno, natività, nascimento*. natalitia, orum, n. g. plur. convivium, quod quis natali suo die amicis exhibet, *banchetto, che si faceva il giorno della natività*.

nataronus, *il fiume del Castello Romano, nei nomi antichi, e moderni*.

natatilis, & hoc natatile, Var. l. 3 de re rust. *che nuota*.

natatile, substantivum. Var. l. 1. de re rust. *dove nuotano pesci, anitre, e simili*.

¶ natatitius, a, um, quod natat.

† natatorium, rii, locus natandi, *luogo da nuotare*.

natatus, hujus natatus, m. g. verb. a nato, natas; Claud. l. 1. de raptu Proserp. *esso nuotare*.

natator, verb. Ovid. *nuotatore*.

nates, natium, natibus, f. g. plur. n. Hor. 1 ser. sat. 8. Mart. *le natiche*, Dant.

natinatores, seditiosi, & natinatio, seditio, negotiatio, Fest. *sedizioso*.

natio, onis, f. gen. verb. a nascor, nasceris, genus. Cicer. 3. de nat. Deor. *nazione, banda, compagnia*.

natio item est nomen Deæ, quæ præsidet partubus, seu nativitatibus. Cic. 3. de nat. Deor. *la dea, che aveva cura delle natività de i bambini*.

Natiso, *il fiume Lionzo, nei nomi antichi, e moderni*.

Nativus, a, um, ortum habens, Cic. lib. 1. de Nat. Deor. & in Par. *natio, di natura tale, nativo, naturale*. nativum malum, Cic. *infermità naturale, ereditaria*.

Nativitas, atis, f. ge. Ulp. *natività*.

Nato, natas, natavi, natatum, natare, no, trano, Col. l. 1. Tus. *natare, nuotare*. ut natare aquas, Mart. *nuotare nell' acqua*.

Natrix, cis, Cic. 4. Acad. *serpente, che nuota in aqua, e sparge anco il suo veleno nell' acqua, un' erba*.

Natura, ræ, f. g. communis hominum parens, vis ingenita, causa intima in rebus universis: item capitur pro mundi mole, rerum universitate, essentia, ingenio, animo, ratione, consilio, judicio, mente, moribus, origine, ortu, initio, principio, vulva, Cic. Virg. Hor. Ter. *la natura, le inclinazioni di ogni animale*. natura solitarium nihil amat, Cic. de Amic. *la natura non ama cose solitarie*. natura rerum aliquem evellere, Cic. *torre dal mondo alcuno, dargli la morte, privarlo di vita*. qua tua natura est, Cic. *secondo la tua inclinazione*. naturæ cedere, Sallust. naturæ satisfacere, Cic. *morire*. animæ natura, Cic. de Amic. *la forza dell' anima*. natura præterea sumitur pro genitalibus, tam virilibus, quam femineis, Cic. de Divin. Pla. Sue. *le parti vergognose dell' uomo, ovvero della donna*. V. naturalia.

Natura, ablat. Cic. in Orat. *naturalmente, per natura*.

Naturalis, & hoc naturale, physicus, innatus, insitus, naturæ conjunctus vel copulatus, a natura profectus, vel ortus, qui a natura est, Cic. l. 1. de Div. & 1. de fin. *naturale, che è secondo la natura, natio, nativo*.

Naturalia, n. g. plur subst. pudenda hominis, Col. *le parti vergognose*.

¶ Naturale, pars corporis sexum discernens, in quo viri sumus, aut feminæ, usitatius plur. naturalia eo sensu.

Naturaliter, adver. a natura, naturę ipsius habitu, Cic. de Sen. quod homini naturaliter insitum est, *naturalmente, di natura, per natura*.

Natus, ta, natum, part. a nascor, nasceris, procreatus, editus, factus, prognatus, Cic. pro leg. Man. Ovid. & Hor. *nato, partorito*. natus suis commodis, Cic. *nato ne' suoi comodi*.

Natus, nati, ma. ge. filius, Cic. & Virg. 1. Æn. *un figliuolo*.

Natu, ablat. solum in usu est, ac jungitur his nominibus, magnus, grandis, parvus, aut potius eorum comparativis, & superlativis, major, minor, maximus, minimus natu, v. omnia suis locis.

Navale, hujus navalis, n. g. armamentarium, locus, in quo naves, navaliaque opera fiunt, & servantur, C. l. 1. off. Virg. 1. Æn. *arsenale, luogo da ridursi le navi, luogo alto da fabbricare navigli*.

Navalis, & hoc navale, Plin. Virg. 8. Æn. *cosa da nave*. navalis gloria, *gloria di vittoria maritima*. navalis corona erat, quæ donari solebat ei, qui primus in hostium navem armatus transilisset.

Navarchus, chi, m. g. navicularius, magister, & gubernator navis, & præfectus classis, & rector, Cicec. *pilota, patron di nave, e capitan generale d' un' armata maritima*.

Nauci, n. g. indecl. nucis putamen, sumiturque pro re vili, Cic. l. 1. de Div. *scorza della noce, picciola guscia nel mezzo della noce*. Plaut. *ogni cosa picciola, di poco valore*. homo nauci, Cic. *uomo da poco*.

Nauci facio, facis, feci, factum, facere. Plaut. in Most. *nulla stimare*.

Nauclerus, naucleri, m. g. navarchus, navicularius, qui navem regit, Plau. *patron di galera, nocchiero*.

Nauclerius, adje. naucleriacus, Pla. *pertinente a patron da galera, nocchiero*.

Naucleriacus, cleriaca, cleriacum, idem quod nauclerius.

† Nauclerius, a, um, ejusdem significationis, Plaut. in Asin. volo mei patris me similem, qui causa mea nauclerio ornatu per fallaciam, quam amabam abduxit ab lenone mulierem.

Naufragium, gii, n. g. Cic. pro Rege Dejot. *rotta di mare, naufragio*. naufragium facere, Cic. *perdere ogni suo avere*. commune naufragium, Cic. *danno, e perdita universale*. Tabula naufragii, proverb. sermo sumptus a pauperibus naufragis, qui naufragium in tabula depingebant, ut omnes ipsorum misererentur. Igitur tabulas naufragii significat illud, quod reliquum est ex naufragio, scilicet nihil superesse præter tabulam naufragii. Notandum tamen, naufragium sumi sępe per translationem pro quacumque miseria, calamitate, quæ fit cum amissione, & jactura bonorum, Cic. attribuit eversioni, & calamitati Reip. epist. ad Att.

Naufragus, naufragi, m. g. qui naufragium fecit, Cic. l. 2. de inv. *rotto in mare, che è salvato da pericolo del mare, poichè s' è rotta la nave*. hinc unda naufraga, quæ naves frangit.

Naufragus, fraga, fragum, adjectiv. qui naufragium fecit, ejectus, Cic. *rotto in mare*. & per translationem pro eo, qui bona sua dissipavit, Ci. in Catil.

Naufragor, ris, depon. vel naufrago, as, navem frango, *aver la nave rotta*.

Navia, æ, lignum cavatum, ut navis, vindemiis aptum, Fest.

Navicula, læ, f. g. dimin. a navis, C. 4. Acad. *navicella, barchetta*.

Naviculer, aris, are, atus sum, atum, lari, verb. depon Mart. l. 3. *barcheggiare, andar sopra l' acqua in nave*.

Navicularius, rii, m. g. navicularor, navis gubernator, Cic. in Ver. & Cæs. *governatore di nave, nocchiero, pilota*.

Navicularor, toris, m. g. idem est ac navicularius, Cic. pro Pomp.

Navicularia, riæ, f. g. ars nautica. Ci. *arte di governare nave*.

¶ Navicularis, Hermogenian. ff. l. ult. tit. 4. l. 1. patrimonii sunt munera rei vehicularis, idem navicularis decemprimatus,

Navigabilis, & hoc navigabile, Liv. l. 9. bel. Mac. navigabile flumen. Cæs. *fiume, che si può navigare, navigabile*.

Navigatio, onis, f. gen. verb. cursus maritimus, Cic. & Cæs. lib. 6. bel. Gal. *navigazione*.

Naviger, vigera, vigerum, Pli. *che porta nave*. hinc mare navigerum, *mare solcato da navi*.

Navigium, gii, n. g. navis, C. Cæs. *ogni sorte di nave, e barca*.

Navigiolum, gioli, n. g. parva navis, Lent. Cic. *picciola barca, barchetta*.

Navigo, gas, gavi, gatum, gare, navem ago, navi, & in navi vehor, Cic. lib. 1. de fin. Virg. 1. Æn. *navigare, andare con navi, solcar l' acqua*. in portu navigare, Ter. a periculo abesse, *esser fuor di pericolo*.

Navis, hujus navis, f. g. navigium, C. Virg. & Ter. in And. *nave, barca*. naves actuariæ, Liv. Cæs. *navi menate con remi*. naves rostratæ, seu æratæ, quibus rostra ex ære in prora erant. naves frumentariæ, onerariæ, ad frumentum, aut onera vehenda aptæ, naves prædatoriæ, Liv. idest piraticę, *navi de' corsari*. navis prætoria, quam barbare appellant capitaneam, *la capitana*. naves constratæ, cataphractæ, rectæ, *armate di tutto*, Plin.

Navita, ę, m. g. nauta, navicularius, navis rector, *nocchiero, regolator di nave*.

Navitas, atis, f. g. industria, Ci. in epist. Fam. *sollecitudine, diligenza*.

Naviter, adv. strenue, diligenter, Ter. & Cic. in Epist. *attentamente, diligentemente, con sollecitudine*.

Naulum, nauli, n. g. Juv. sat. 8 *quello, che si paga passando per nave, nolo*.

Naumachia, naumachiæ, f. g. bellum navale, seu pugna navalis, Mart. *guerra navale, e maritima, battaglia di mare*.

¶ Naumachiarii, qui navale prælium committunt, *coloro, che combattono in mare*.

Naumachiarius, ia, ium, Plin. *pertinente a battaglia, o guerra maritima*.

Navo, vas, vavi, vatum, vare, præsto, exhibeo, adjumento sum, & do, Cic. lib. 2. de Orat. *adoperare ogni sua possanza, dare opera, porgere ajuto*. navare operam studiis, Cice. *attendere agli studj*.

Nauplius, nauphi, Pli. *pesce*, & est nomen patris Palamedis.

Nauportus, *il fiume Nuiero, ovvero Labata nei nomi antichi, e moderni*.

Nausea, nauseæ, f. g. stomachi fastidium, vomendi cupiditas, Cic. ep. Fam. & ad Att. *vomito, nausea, voglia di vomitare*. nauseam discutere, Col. *cacciare la voglia di vomitare*. nausea præterea significat molestiam; unde movere alicui nauseam, est molestiam afferre, *portare molestia, o fastidio ad alcuno*.

nauscola, dim. parvum stomachi fastidium, C. *picciola voglia di vomitare.*

neuseo, seas, seavi, tum, seare, vomitu infestor, ad vomitum impellor, stomachi fastidio laboro, & abhorreo, Cic. Phil. *aver voglia di vomitare.* nauseare aliquid, Cic. *abborrire, sprezzare qualche cosa.*

nauseans, partic. Cicer. *che ha voglia di vomitare.*

nauseator, toris, verb. Senec. *vomitatore.*

nauseosus, a, um, quod nauseam inducit, Pl. *cosa, che invita al vomito*

nauscio, is, de grano fabæ dicitur, cum nascendi gratia se aperit, Fest.

† naustibulum, li, n. g. alveum significat in navis speciem instructum.

Nauta, nautæ, co. g. vel navita, navitæ, Ter. Cic. in Fam. epist. & ad Att. *nocchiero, marinaro, navigante, barcaruolo, navaruolo.*

nauticus, nautica, nauticum, Cic. l. 1. de natu. Deor. Pl. Liv. *di navigante.* nauticus panis, Pl. *biscotto.*

nautea, nauteæ, f. g. Pl. *erba detta volgarmente, malva terrestre.* nautea præterea aqua coriariorum, vel aqua sentinæ navis, Plaut. & Nonius: unde inquit Plautus: nauteam bibere malim, quam illam osculari.

nautilus, Pl. l. 6. *pesce, che nuota col ventre in su.*

navus, va, vum, adject. celer, strenuus, industrius, Cic. l. 10. ep. Fam. *presto, pronto, diligente, destro a qualche impresa, sollecito.*

naxia f. g. cos, *cote*, Pl. vox greca est.

¶ Nazaret, patria Domini nostri Jesu Christi.

nazareus, latine dicitur consecratus Deo, devotus, ac sacer, vide Leviticum.

Nazarenus, Christus Dominus noster. dictus a civitate Nazaret, in qua natus est.

N E

NE, adv. prohibendi, & conjunctio causalis, ut non, neque an, utrum, quominus, Cic. Terent. & Virg. *acciocchè non.* ne me moneatis, idest non, Plau. ne ab eo, pro non ab eo, ne vivam, Cic. *possa io morire.* item pro neque, Cic. in Cat. ne multa; Cic. *per dir dir con brevità.* quod & alio modo sic idem Cic. dicit pro Cluent. ne multis: & ibidem, ne longus sim: & Hor. ne longum faciam, ne etiam est adver. interrogandi: est ne hic Crito? Ter. *è qua Critone.*

neapolis, *Napoli, ne i nomi proprj.*

¶ neapolitanus, a, um, qui ex Neapoli est.

nebrides, damarum, seu cervorum pelles, *pelli di daino, o di cervo, portate dagli antichi nelle feste di Bacco.*

nebula, nebulæ, f. g. Pl. l. 2. cap. 60. *nebula, nuvola, nebbia.*

nebularium, rii, n. g. ædificium, in quo nubilo tempore frumentum conservatur, *granaro, o casa per tenervi il frumento in tempo cattivo.*

nebulo, onis, m. g. vanus, nugator, qui mandaciis, & dolis nebulam quandam, & tenebras offundit, Ci. Teren. *poltrone, cianciatore, uomo da niente.*

nebulosus, sa, sum, turbulentus, caliginosus, nebulis tectus, nubibus plenus, conspersus, Cic. *nuvoloso, pieno di nuvole.* cęlum nubilosum, item nubibus tectum, objectum, plenum, circumdatum, cinctum, *cielo nuvoloso, tempo nuvoloso.*

nec, conjunctio disjunctiva, non, neque, Cic. de Amic. *nè, nè anche.* necdum, nondum, Cic. *non ancora, non anco.*

† necator, is, occisor, interfector, Macr. Sat. l. c. 22.

† necatus, a, um, part. a verbo neco, occisus, cæsus, *ucciso a chi si è data morte violenta.*

necessarius, necessaria, necessarium, conjunctus, intimus, necessitudine adjunctus, aliquem necessitudine attingens, Cic. Planc. *congiunto, parente, confederato, amico, e necessario, e di bisogno.*

necessario, adv. necessarie, ex necessitate, Cic. Tuscul. *necessariamente, per necessità.*

necesse, & necessum, ex antiquis necessis, & necessius, veteres enim sic declinabant, hic, & hæc necessis & hoc necesse. item necessus, a, um, e quibus restant hæc duo solum, necesse, & necessum, idem quod substantiv. necessitas, hæc ex Donato, Cic. 5. Ver. *necessità, necessario, necessaria cosa.* necesse habere, idest opus habere, Cic. de opt. gen. Or.

necessitas, tatis, f. g. necessitudo, Cicer. Phil. *bisogno, necessità.* necessitas premit, Cic. *il bisogno mi costringe, e sforza.* item necessitas ponitur pro affinitate, Cic.

necessitudo, dinis, f. g. necessitas, conjunctio in amore, Cic. *congiunzione, parentado di sangue, affettuosa amicizia, e intrinseca, e stretta.* recipere aliquem in necessitudinem, Cic. *ricever alcuno per amico, e famigliare.* necessitudo præterea apud Sveton. sumitur pro ipso necessario, amico, *parente, amico.*

neco, cas, cavi, vel cui, catum, & nectum, care, mortem affero, vita privo, vel spolio, occido, necem affero, Plaut. C. Cæs. *ammazzare, uccidere.*

¶ necos, filius fuit Psammitichi, & Ægypti Rex, cujus filius Psammis in regno successit, teste Herod. l. 7.

necromantia, tiæ, f. g. necyomantia, Cic. 1. Tusc. *negromanzia, indovinar per mezzo de' morti.*

necromantæ, arum, & singul. necromantes, seu necromanta, qui hoc magiæ genere utitur, Cic. in Tus. *negromante, indovinatore per li corpi di morti, mago.*

¶ necromantius, qui necromantię deditus est.

¶ necrothytius, a, um, mortuis immolatus.

nectar, ris, n. g. deorum immortalium potio, Cic. l. 1. Tusc. & Virg. 2. Æn. *vino di mosto, e mele, bevanda degli dei.* nectar pro melle, per translationem, Vir.

† nectareus, ea, eum, ex nectare, *di nettare, fatto di bevanda degli dei.*

nectareus, rea, reum, Mart. l. 12. *di bevanda divina.* nectarea herba, Pl. *erba enula campana.*

nectarites, hujus nectaritis, Pl. *bevanda di più erbe.*

necto, nectis, nexui, & nexi, nexum, nectere, ligo, jungo, connecto, colligo, Virg. *attaccare, legare, annodare, assembrare.* eleganter, nectere dolum alicui, Liv. ab urb. *tor di mezzo alcuno con inganno.*

necdum, non modo, quominus, Cic. *non solamente.*

necubi, adv. in loco, idest, ne alicubi, sive in aliquo loco, & semper duo verba postulat.

necunde, adv. de loco, idest, ne ex aliquo loco, Liv. *acciocchè da niun luogo, nè da alcuna parte.*

necydalus, necydali, vermiculi, aut insecti genus, a quo progeneratur bombyx, Pl. *verme, che fa la seta, cavaliere della seta.*

nedum, conjunctio, significatque non modo, quominus, non solum, Cic. *non solamente.*

nefandus, da, dum, nefarius, detestabilis, Cic. Virg. res nefanda, *cosa da non dire per sua tristezza.*

nefarius, ria, rium, nefandus, sceleratus, Cic. pro Syll. *scelerato, ribaldo, pieno di malvagità, che non è degno di vivere.*

nefarie, adv. impie, scelerate, Ci. 2. Ver. *scelleratamente, empiamente.*

perduellio, ris, m.g. crimen læsæ, & imminutæ majestatis, Cic. pro Rabirio, *chi ha commesso errore contra il suo Principe, o Repubblica.*

perduellis, lis, m.g. Hostis patriæ, Cic. *nemico che guerreggia con noi.*

perduint, & perduassint, apud antiquos pro perdant, & perdiderint.

perduratus, ta, tum, participium. Sen. *indurato, fermato.*

perduro, ras, rare, Ter. *durar fin al fine.*

perduresco, is, scere, Valde durus fio. Col. *Indurirsi, esser molto duro.*

peredia, æ, f.g. Sicut bibesia. sunt vocabula conficta a Pla. edendi cupiditas, *desio di mangiare, e bere.*

peredo, peres, vel peredis, sum, dere. E xedo, Cic. *rodere, ovvero mangiare compiutamente una cosa, consumando, mangiando, divorare.*

peregre, Adv. Foris. Cic. & Ter. *fuor del suo paese, o in altri paesi.*

peregre proficiscens, *chi va fuor del suo paese.*

peregrinatio, nis, f.g. Ci. *pellegrinaggio, peregrinaggio.*

peregrinator, toris, m.g. peregrinus, C. *chi va in pellegrinaggio, chi va di continuo per gli altrui paesi, forestiere, pellegrino.*

peregrinabundus, a, um, qui solitus est peregrinari, Livius, *chi è costumato d' andare per i paesi altrui, o chi è desideroso d' andare in pellegrinaggio per paesi diversi.*

peregrinor, naris, nare, natus sum, natum, nari. Sum peregrinator, vel peregrinus, Cic. pro Rabirio, & pro Milone, *andar in pellegrinaggio, o in paese strano.* per translationem transfertur ad animum, & sensus corporis, ut peregrinari dicimus alicujus animum, cum non est attentus sermoni nostro Sic aures vestræ peregrinantur, C. *non udire, non esser attento ad ascoltare.*

¶ pereger, per agrum profectus, domo absens, Auson. Nedum me peregrem existimes salutari.

peregrinitas, tatis, f.g. Mos peregrinus, & multitudo peregrinorum, Cic.

peregrinus, na, num peregrinator, advena, hospes, alienus, externus, C. *pellegrino, di paese strano.* transfertur eleganter ad varias alias res, ut arbores peregrinæ, aves peregrinæ, & ejusmodi, *uccelli d' altri paesi, alberi trapiantati d' un luogo in un altro.*

perelegans, tis, Part. perpolitus, valde elegans, Cic. *molto grazioso polito, elegante.*

pereleganter, Adv. Cic. *molto graziosamente, politamente, ed elegantemente.*

pereloquens, tis, Adj. valde eloquens, C. de Clar. Orat. *molto eloquente, facondo.*

peremptalia, fulgura prisci appellabant; quæ superiora portenta perimunt, & tollunt. Fest.

peremptorius, a, um, internecinus, mortifer, *mortifero, chi uccide.* Apul. Apud Jurisconsultos communissimum est vocabulum, apud quos edicta peremptoria dicuntur ultima edicta, quæ perimunt disceptationem ulteriorem inter litigantes.

peremptus, part. a perimo, pallore, ac macie peremptus, Liv. *morto di pallidezza, o magrezza.*

perendiæ, Adv. perendino die, Cic. *dopo dimane, e posdimane.*

perendinus, na, num, Cic. *seguente a dimane, di posdimane.*

perennis, & hoc perenne, perpetuus, continuus, C. in Br. *continuo, perpetuo.*

perennia, orum, n. g. plu. ceremoniæ in auspiciis servari solitæ, Cic. 1. de Nat. Deor. *ceremonie nelle indovinazioni degli antichi.*

perenne, Adv. Col. *perpetuamente, continuamente.*

perennitas, tatis, f. g. perpetuitas, C. *perpetuità, continuazione, lunga durata, duranza.*

perenno, nas, nare, per annos duro. Col. l. 1. c. 9. *continuare, e durare molto tempo, o anni.*

pereo, ris, rivi, & rii, ritum, rire. Intereo, Cic. & Ter. *morire, perire, passar di questa vita.* Ab aliquo perire, Plin. *esser ammazzato da alcuno.*

perequito, tas, tare, Cæs. 4. Bell. Gall. *Cavalcar qua, e là.*

pererro, ras, ravi, ratum, rare, Pl. Col. *andar vagando, o errando qua, e là, circuire.*

pererratus, ta, tum, participium a pererror, Virg. *cosa, che è andata intorno, circondata.*

pereruditus, ta, tum, adj. Cic. ad Attic. l. 4. *molto dotto.*

perexcrucio, as, avi, atum, are, Vehementer crucio, Pl. & Plau. *affliggere, e tormentare gravemente, e fieramente.*

perexiguus, a, um, valde exiguus, Cic. Cæs. *molto picciolo, picciolissimo.* dies perexigua, Cic. *tempo molto breve.*

perexigue, Adv. *molto strettamente, e sottilmente.*

perexilis, & hoc perexile. Col. *sottilissimo, minutissimo.*

perexpeditus, ta, tum, Adj C. *molto espedito, apparecchiato, e presto.*

perfabrico, cas, care, Pla. *fornir di fabbricare.*

perfacete, Adv. Admodum facete, & perjucunde, C. 3. Verr. *molto facetamente, piacevolmente.*

perfacetus, ta, tum, Admodum facetus, ta, tum, Admodum facetus, C. de Clar. Or. *faceto, molto piacevole, e galante nel praticare, o conversare.*

perfacile, Adv. Admodum facile, facillime, Cic. *molto facilmente, facilissimamente.*

perfacilis, & hoc perfacile. Valde facilis, C. *molto facile.*

† perfaciliter, perfacile, Adv. *molto facilmente.*

perfacul, veteres dicebant pro perfacili, sicut & facul pro facili, *facile.*

¶ perfacundus, Justin. Hist. l. 22. in concionibus perfacundus habebatur.

perfamiliaris, & hoc perfamiliare, valde domesticus, & familiaris, Ci. ad Quint. Fratr. *chi è molto di casa, molto familiare, e domestico.*

† perfamiliariter, Valde amice, domestice, *molto domesticamente, famigliarmente, amichevolmente.*

perfatuus, a, um, Mart l. 19. *pazzo, come si dice, da catena.*

perfecte, Adv. Absolute, cumulate, plene, ex toto, Cic. *compiutamente, perfettamente.*

perfectio, nis, f.g. Absolutio, expletio, Cic. *perfezione, compimento.*

perfector, toris, m. g. Verbale, Cic. *Chi compisce, o fornisce.*

¶ perfectissime. Gel. l. 11. c. 16. Quod a Græcis perfectissime uno verbo, & plenissime dicitur.

perfectus, a, um, part. sive nomen, Absolutus, expletus, completus, cumulatus, laboratus, perpolitus, maturus, confectus. C. *perfetto, compiuto, finito, fornito, perfetto.*

perferens, tis, par. C. *chi porta.* Injuriam perferens, C. *sopportare una ingiuria.*

perferor, passivum, C.

perfero, fers, tuli, latum, ferre, perpetior, fero, porto. Itemque significat idem, atque pertolero, obd co, C. Curioni, l. 2. *portare, sopportare.* perferre, ac pati omnes, Ter. *sopportare l' ingiurie di tutti.*

† Hinc fit part. præsentis perferens, tis *chi porta, o soffre.* & aliud præt. perlatus, ta, tum, portatus. quamvis intelligi possit etiam pro Adject. perlatus, quod significat patens, *largo, patente, aperto.* cum vero est partic. importat idem, ac latus, *portato.*

perfervidus, Adj. Col. *che brucia, e arde molto.*

† perfica, perficiens dea, seu natura, quæ præest rebus perficiendis, Luc.

perficio, ficis, feci, fectum ficere, conficio, absolvo, efficio, perago, extrema persequor, perpolio, munus susceptum expleo, C & Ter. *mandar a fine, finire, fornire, compire, fare una cosa perfetta.* Item perficere cibum est concoquere, *digerire.* Pl.

perficus, perficiens, & perfectus, L. l. 1. perfice, perfecte.

perfidelis, & hoc perfidele, Valde fidelis, C. ad Attic. *molto fedele, e leale.*

perfidia, diæ, f.g. Fraus, destitutio, Cic. *inganno fraude, perfidia, slealtà.*

perfidiose, fallaciter, Adv. ad Heren. *con fraude, o inganno, perfidiosamente.*

perfidiosus, sa, sum,) Cic. & Virg.
perfidus, da, dum,) *perverso, sleale, perfido, scellerato.*

perfidiosissimus, superlativus a perfidiosus, apud Cic. 2. de Natur. Deor. *volto perfido.* Amicus perfidus, arma perfida, hostes perfidi, verba perfida, apud diversos auctores.

perfixus, xa, xum, part. a verbo figo, adjuncta præpositione per, transfixus Liv *forato a traverso, trapassato.*

perflabilis, & hoc le, Cic. l. 1. de Div. *acconcio ad esser soffiato.*

† perflator, oris, sufflator, inspirator, effla-

perflator, *soffiatore, inspiratore.*

perflatus, us, m. g. Col. *soffio grande, soffiamento.*

perflo, las, lavi, latum, lare, Vir. 3. 1. Æn. *soffiare da una parte all' altra, sì che trapassi, soffiare per tutto.*

perflagitiosus, a, um, Cic. *molto perverso, e scellerato.*

perfluens, tis, partic. affluens, Cic. *abbondante, e gocciante.*

perfluctuo, as, are, Luc. *ondeggiare d' ogni parte.*

perfluo, uis, uxi, uxum, uere, affluo, Liv. *abbondare, colare, d' ogni parte, gocciare,* per translationem attribuitur eleganter hominibus futilibus, qui nihil celare norunt, sed omnia effutiunt, & eloquuntur, Ter plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo, perfluere voluptatibus, est plurimum eis abundare, *abbondare nei piaceri grandemente.*

perfodio, dis, di, fossum, dere, perforo, perfringo, Cic *forare, trapassare, pertugiare compiutamente.*

perforatus, a, um, part. Cic *trapassato, pertugiato, forato.*

performidatus, a, um, Sall. *molto, o grandemente temuto.*

performo, as, are, Quint. *formar perfettamente.*

perfore, infin. Cic. Appio Pulchro l. 3. *per dove essere.*

perforo, as, avi, atum, are, perfodio patefacio, Ci. *forare, scoprire, finire, o fornire di pertugiare.*

perfortiter, ad. Te. *valorosissimamente.*

† perfossor, oris, *foratore, chi ha forato alcuna cosa.* Perforator, oris.

perfossus, a, um, a Verbo perfodior, part. Pl. *forato, pertugiato da una parte all' altra.*

perfracte, Adv. [illegible]*ttamente.*

perfractus, ta, tum, part. a perfringor, *spezzato, rotto in pezzi.*

perfremo, is, ui, uitum ere, Ci. vehementer fremo. *fremer grandemente.*

perfricans. part. *chi frega.*

perfrico, as, ui, ctum, care, Cicer. l. 3. Tusc. *fregare.* os perfricuisti, C. lib. 3. Tusc. *hai deposto il rispetto, e la vergogna.* Et pro eodem perfricare os, aut faciem, *perdere la vergogna, esser svergognato.*

perfrictio, nis, f. ge. Verb. Plin. *fregamento.*

perfrictus, a, um, participium a perfricor, *fregato*, perfrictæ frontis puer, *giovane senza vergogna.*

¶ perfrigefacio, is, Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Mihi quoque Syrus ille ut perfrigefacit metu.

perfrigeo, es, ui, ere. Valde frigeo, Mart. & Juv. Sat. 7. *aver molto freddo.*

perfrigero, as, are, Plin. l. 8. c. 25. *raffreddar molto.*

perfrigesco, is, ere, Plin. l. 31. c. 6. *raffreddarsi molto.*

perfrigidus, da, dum, Cic. 7. Verb. *molto freddo.*

perfringo, i, fregi, fractum, fringere, infringo, effringo, labefacio, C. *spezzare, rompere in pezzi del tutto.*

perfruendus, a, um, Cic. lib. 1. Off. *degno d' esser goduto.*

perfruor, frueris, vel fruere, fruitus sum, frui Utor, potior, fructum percipio, Cic. *godere, servirsi con sommo diletto di qualche cosa.*

perfuga, æ, m.g. trans fuga, qui ad hostes fugit, C. l. 5. Off *fuggitivo da suoi, e che ricorre a' nemici, e da loro favore.*

perfugio, gis, gi, gitum, gere, Transfugio, C. *ricorrere, fuggire a qualche luogo, o verso alcuno per aver soccorso, e refugio.*

perfugium, gii, n.g. præsidium, locus tutissimus asylum, Cic. *soccorso, luogo di salvazione in tempo di avversità.*

perfulcio, cis, cire. Ovid. ad Pisonem, *fare forte, fortificare, e sostener bene.*

perfunctio, nis, f. g. a Verbo perfungor, Cic. *compimento.* Perfunctio laborum, Cic. *finimento di fatiche, il fine dei travagli.*

¶ perfunctorius, a, um, quod agitur remisse, *fornito.*

perfunctorie, Adverb. Neglecte, negligenter, Ulp. *negligentemente, lentamente, e transitoriamente.*

perfunctus, a, um, Ci. *chi ha compiutamente fatto, e operato.*

perfundo, dis, fudi, fusum, fundere, respergo, conspergo. Cic. & Vir. 3. Georg. *spargere, bagnare.* Perfundere animos suavitate, Cic. *riempire gli animi di dolcezza.*

perfungor, geris, functus sum, fungi, Utor, fungor, Cic. *servirsi, usare, adoperare, far compitamente.* perfungi laboribus, est unire, *finirla.* Sic perfungi vita *morire.* perfungi honoribus, idest in dignitate esse, vide defungor, *esser in onore, o aver alcun onore, e dignità.*

perfuro, ris, rere. Luc. Vir. 9. Æn. *impazzire.*

perfusio, nis, fe. g Plin. *infusione, temperamento, versamento di liquore.*

perfusorie, adv. Scævola, *confusamente, oscuramente.*

perfusus, a, um, part. Aspersus, Ci. *bagnato, temperato.* Omni dulcedine perfusus, Cic. *pieno di dolcezza.*

pergama, rum, Arcium Trojanarum nomen fuit, ut annotavit Servius in Virg. 1. Æn.

pergameus, a, um, hoc est Trojanus, Propert.

perga, gæ, f. g. Cic. *perga Città.*

pergamus, mi, f.g. & in plu. pergama, g. n. Urbs fuit Troadis totius Asiæ clarissima, Virg. 2 Æn. pergama proprie erat arx Civitatis Trojæ, sumitur tamen pro muris, necnon pro tota urbe. Sic enim Serv. docet 2. Æn. *Città di Troja, ovvero le mura d' essa.*

pergamum, i, n.g. vel Pergamus, f. g. Urbs Asiæ celebris ortu Galeni Medicorum secundi principis, *la Città di Asia, dove nacque Galeno Medico.*

pergamena, æ, f.g. substantive, vel adjective, sub intelligendo chartam, quæ ab Attalo Rege Pergami inventa fuit, ut Ælianus vult. Plin. tamen ait primum ab Eumene Rege pergami Romam transmissam fuisse, *Carta bergamina.*

¶ pergase. Vicus est agri Attici in tribus Erechtheide, teste Steph.

pergaudeo, es, gavisus sum, gaudere, vehementer gaudeo, Cicer. ad Quint. Fratrem, *rallegrarsi molto.*

pergigno, is, genui, itum, gignere, idem, quod gigno, Catul. Argon. *generare, produrre.*

pergo, gis, exi, rectum, pergere. Iter facio, tendo, pero, contendo, sequor, continuo, Cice. & Vir. *seguitare, perseverare, continuare, andare, far viaggio, affrettarsi, lasciare, ingegnarsi.*

pergracilis, & hoc pergracile. Valde gracilis, Plin. *molto sottile.*

pergræcor, is, ri, epulis servio, crapulor Pla. *darsi alla crapula, e mangiare.*

pergrandis, & hoc pergrande, Cice. *molto grande.*

pergraphicus, ca, cum, Lepidus, ad unguem factus, absolutus, Pla. in Truc *fatto politamente, benissimo.*

† pergrate, Adver. admodum grate, *molto gratamente, con buona grazia.*

pergratus, a, um, Valde gratus, Cic. de Amic. & in Ep. Fam. *molto grato.*

pergravis, & hoc pergrave, Gravissimus, Cic. *molto grave, gravissimo.*

pergraviter, Adv. ad Att. *aspramente. molto gravemente.*

pergula, læ, f g. Plin. l. 35. c. 34. Col. *pergola, luogo aperto, scoperto, e coperto, da ponervi in mostra le mercanzie.*

pergulanus, a, um, ut pergulana viris, que pergulis sustinentur, *viti, che sono appoggiate alle pergole.*

perhibeo, es, ui, itum, ere, Dico, ajo, voco, testor, C. *affermare, dire, rendere testimonio, vendere, dare.* perhibere testimonium, idest ferre, *render testimonio d' alcuna cosa, esser testimonio, testimoniare.*

perihermenias, a verbo græco omnino derivata vox, quæ a latinis infertur, Interpretatio: Liber proprius Arist. in suo Organo, cum Enunciatione.

¶ perhilum, per paullum. Lucr.

perhonorifice, Adv. Cic. *molto onorevolmente, con molto onore.*

perhonorificus, a, um, valde honorificus, adject. Dic. ad Att. *di molto, o grande onore, molto onorevole.*

perhorreo, es, ui, ere, Cic. *tremare.*

perhorresco, cis, cere, *inorridirsi da spavento, aver grande spavento.*

† perhorride, valde horride, & dim. perhorridule, *assai orridamente.*

perhorridus, a, um. valde horridus, L. l. 3. Bell. Pun. *molto spaventevole.*

perhospitalis, adject. Ci. Ver *cortesissimo a ricevere, e fare accetto gli amici.*

perhumaniter, Adv. Cic. *molto cortesemente, umanamente.*

perhumanus, a, um. Valde humanus, Cic. *molto cortese, o umano.*

perhyemo, mas, mare, Col *invernarsi, stare, o durare, o dimorar tutto l' inverno.*

¶ periblema, vestimentum commune virorum, amiculum, pallium, Pol.

pericles, lis, Orator Atheniensis, vir clarissimus, Ci. *Pericle, Atteniese.*

periclitatus, a, um, *posto in pericolo.*

periclitor, aris, ari, periculum facio.

experior, tento, Cic. l. 2. off. *fare esperienza, prova, esperimentare, esser in pericolo, pericolare, andare a pericolo.*

periclitatio, nis, f. g. Experientia, Cic. *prova, esperienza.*

periculose, Adv. Cum periculo, Cic. ad Att. l. 10. *pericolosamente.*

periculosus, a, um, Lubricus, anceps, præceps, non procul a periculo, Cic. l. 1. Offic. & ad Att. l. 10. *pericoloso.*

periculum, li, n. g. discrimen, experimentum, Cic. & Virg. *pericolo, prova, sperienza.* Facere periculum, Cic. *assaggiare, provare, esperimentare, far esperienza.* Varii sunt loquendi modi: hi vero communes, & faciliores, periculum adire, afferre periculum alicui, adducere aliquem in periculum, committere se periculo, facessere alicui periculum, inferre se in periculum, intentare periculum, vocari in periculum, & ejusmodi.

peridoneus, a, um, Cæs. 1. Bel. Gall. *molto idoneo, atto, convenevole.*

perillustris, & hoc perillustre. Valde illustris, Cic. ad Att. l. 6. *molto illustre, famoso, famosissimo.*

perimbecillus, a, um,) C. ad Att. l. 16.
perimbecillis, & le,) *molto debole.*

perimo, rimis, remi, remptum, rimere. Interimo, deleo, Cicer. & Pla. *uccidere, ammazzare.*

perincertus, ta, tum, Adject. Gell. *dubbiosissimo, incertissimo.*

perincommode, Adv. Cic. Att. lib. 1. *molto incomodamente.*

perincommodus, da, dum, Cic. *molto incomodo.*

perinconsequens, tis, apud Gellium, idest valde inconsequens, & inconveniens, *molto sconvenevole.*

perinde, adv. perinde ac, quasi, similiter, Cic. Tusc. *come, quasi, similmente, così.* perinde potest post se habere unam ex his particulis, ac, ut, quasi, ac si, atque, ut, perinde ac si domi essem, *come se fossi alla casa.*

† perinde quam, adv. perinde ac, atque, perinde ut, sicut, eodem modo, ac, vel quo. *nello stesso modo che.*

perindulgens, is, Adj. Valde indulgens, C. 3. de Offic. *chi compiace, concede, e perdona, e lascia in abbandono.*

perinfamis, & hoc per infame. Suet. *molto infame, che ha mala fama.*

perinfirmus, a, um, Cic. de finibus, *molto debole, infermo, debolissimo.*

peringeniosus, a, um, valde ingeniosus, summo ingenio præditus, Cic. *molto ingegnoso, di grande ingegno.*

periniquus, a, um, valde iniquus, & injustus, Cic. *molto iniquo, ingiusto, e malvagio.* Cic. pro Lege Manil.

¶ perinjurius, valde injuriosus, Apul. in Apologia, Atqui perinjurium est ei fidem in pejoribus habere, cui in melioribus non haberes.

perinsignis, & hoc perinsigne. Notabilis, conspicuus, Cic. l. 1. de leg. *notorio, apparente, chiaro, illustre.*

perinteger, ra, rum. Omnino sanus, incolumis, non violatus. Gellius, *sano di tutto, non toccato.*

perinvitus, ta, tum, valde invitus, C. *molto mal volentieri.*

¶ periodentes, lustratores Ecclesiarum diœcesis, Meurs. L. g. b.

periodus, di, f. g. Ambitus, circuitus, circumscriptio, Cic. de clar. Orat. *periodo, clausula.*

periocha, chæ, f. g. argumentum, brevior rei complexio, Cic. *sommario, argomento.*

peripateticus, ca, cum, dicitur Philosophus a deambulando, Aristotelicus, quod Aristoteles deambulando doceret, Cic. *Filosofo Peripatetico, Aristotelico.*

peripetasma, tis, n. g. peristroma, auleum, Cic. 6. Verr. *tappezzeria.*

peripleromia, figura, quæ a Latinis supplementum vocatur, cum aliquid non necessitate, sed metri causa, additur. Virg. 1. Æn. multum ille, & terris jactatus, & alto, particula enim ille, non admodum necesse videtur, sed carminis causa adjungitur, & alio vocatur nomine peripleroma.

¶ peripheria, verbum ex verbo, rotunditas, *circonferenza.*

periphrasis, Latine Circumlocutio, vel circuitio dicitur: Quæ fit, cum quod uno, aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur, ut Virg. 1. Æn. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris incipit, & dono divum gratissima serpit. Longa oratione describit noctem, seu principium noctis, seu noctem intempestam.

peripneumonia, æ, f. g. Pl. l. 22 c. 14. *infiammazione, alterazione, del polmone.*

peripneumonicus, a, um, Plau. *chi ha il polmone infiammato.*

peripsema, atis, n. g. *raschiatura, limatura.*

periscelis, dis, f. g. Hor. *ornamento di gambe per donne.*

perissologia, est supervacanea locutio, *locuzione, e parlamento superfluo.* Ut Virg. Faciem miratus, & ora.

peristereon, nis, f. g. græc. apud Varronem locus, ubi columbæ nutriuntur, columbarium, *colombara, luogo, dove si nudriscono i piccioni.*

peristereos, i, f. g. vel peristereon, n. g. herba alio nomine dicta verbena, & verbenaca, Plin. ita autem dicta est, quod columbæ ea herba delectentur, *sorte di erba.*

peristylium, lii,) n. g. C. in Ora.
peristylum, li,) apud Pontifices, *luogo circondato di colonne, come chiostri di Frati.*

peristroma, atis, ne. g. peripetasma, stragulum, & vestis, stragula, Cic. *tapezzarie, veste ricamata, razzo, panno di razzo.*

peristerotrophium, ii, n. g. Columbarium, Varr. *colombara.* Vox græca.

perite, adv. Scienter, Cic. l. 1. de leg. *scientemente, intelligentemente, saviamente, dottamente.*

peritia, æ, f. g. Scientia, cognitio, Pl. *cognizione, intelligenza, esperienza grande.*

perito, tas, tavi, pen. correp. freq. a pereo, *perire, distruggersi,* Plaut.

peritus, a, um, intelligens, sciens, gnatus, exercitatus, Cic. *ammaestrato, savio, intelligente, esperto, saggio, dotto.* Jure peritus, Cic. *dotto in legge civile.* Sic peritus juris, *dotto nelle leggi.* Sic ad disciplinam peritus, Cic. pro Font. *atto per imparare.*

perjucunde, adv. Cic. *con giocondità grande, giocondissimamente.*

perjucundus, a, um, Cic. l. 11. Ep. Fam. *piacevolissimo, grandissimo, molto, giocondo.*

perjuro, as, are, Fidem, & jusjurandum negligo, violo, pejero, Hor. *giurare il falso, spergiurare.*

perjuriosus, a, um, qui perjurare consuevit, *chi è accostumato a spergiurare.*

perjurium, ii, perfidia, C. l. 3. Off. *giuramento falso, spergiuramento, spergiuro.*

¶ perjuratio, is, *spergiuro,*

† perjuratiuncula, diminutivum, Plau. perjuratiunculas parasiticas.

perjurus, a, um. Qui fidem, & jusjurandum negligit, Cic. & Virg. Æn. *Chi ha giurato il falso.*

perjurissimus, a, um, superlativus a perjurus, Cic. pro Roscio, *chi spergiura spesso.*

perizoma, atis, ne. ge. *brache,* & a Var. dicitur subfibulum.

† perizonium, nii, n. ge. præcinctorium, derivatum a zona, næ, cingulum circumcingens, *cintura, cingolo, cinturino.*

perlabor, beris, vel bere, lapsus sum, apsum, labi, Cic. l. 1. de Nat. Deor. *cadere, calare a poco a poco.*

perlætus, a, um, Valde lætus, Liv. *molto allegro, lieto.*

perlate, adve. Cic. *larghissimamente, molto spaziosamente.*

per latus, ta, tum, Cic. *molto largo, spazioso, larghissimo.*

perlectus, a, um, part. Cic. *riletto, letto intieramente.*

perlecebra, æ, apud Plautum, pro quo in usu nunc est illecebra, *lusinghe, o inescamento.*

perlecto, tas, frequent. a perlicio, idem, quod pellicio, allicio, *attraere con belle parole, o lusinghe.* Cic. pro Flacco.

perlego, gis, gi, ctum, gere, Cicer. & Vir. 5. Æn. *rileggere, fornire di leggere, o leggere fin al fine.*

† perlepide, peramice, perliberaliter, *molto amorevolmente, cortesemente.*

perlepidus, a, um, valde lepidus. Pl. *piacevole molto, piacevolissimo, graziosissimo*

perlevis, & hoc perleve, Cicer. pro lege Agraria, *molto leggero, e presto, leggerissimo.*

perleviter, adv. Levissime, Cic. *leggerissimamente, o molto leggermente.*

perlibenter, adv. Cic. *molto volentieri, spontaneamente.*

perlibens, tis, idem quod libens, a quo perlibenter, *volentieri.*

perliberalis, & hoc le, valde liberalis. Ter. *molto galante, bello.* Mulier perliberali facie, & liberali facie, *Bella, come una, che è ben nata, galante.*

perliberaliter, adv. Cic. *molto liberalmente, con molta liberalità.*

¶ perlibet, Plaut. Perlibet hunc hominem colloqui.

perlibro, as, are, Col. *livellare.*

perlicio, licis, lexi, ectum, licere, Allicio, Liv. *adescare, attraere.*

perligo, as, are, Pla. *legare del tutto.*

perlinio, nis, nire,] Colu. *ungere*
perlino, nis, nere,) *bene.*

perlito, tas, tare, *impetrare la sua dimanda con sacrificj.*

perlitus, ta, tum, Respersus, Cic. *bagnato, unto.* perlitus sanguine, C. *insanguinato.*

perlonge, adv. Ter. *molto lontano.*

perlongus, ga, gum, adject. Cic. ad Att. l. 6. *molto lungo.*

perlonginquus, a, um, Pla. *molto lontano*

† perloquor, eris, quutus sum, loqui, eloquor, dico, oro, *parlare, discorrer assai.*

perlubet, impersonale, vehementer lubet, *mi piace grandemente.*

perluceo, ces, cere. Eluceo, vehementer luceo, Cicer. *risplendere, lampeggiare, e render gran luce.* Usitatius tamen est pelluceo.

perlucidus, a, um, perlucens, clarus, illustris, Cic. *molto risplendente, lampeggiante, chiaro, lucido.* Similiter in usu est pellucidus.

¶ perlucidus, diminutivum. Cat. in Rufum Epigram. 64. si illam raræ labefactas munere vestis, aut perluciduli deliciis lapidis.

perluctuosus, sa, sum, Cic. valde luctuosus, *molto doloroso, mesto, malinconico, dolente, attristato.*

perludo, is, si, sum, Propertius l. 4. *giuocare, scherzare.*

perluo, lis, lui, lutum, uere, Col. l. 6. c. 8. *lavare, e nettar bene.*

perlutus, a, um, part. Col. *lavato e nettato bene.*

perlustro, as, are. Lustro, Cic. *considerare, andar vedendo, riguardare d'ogni intorno.* Animo perlustrare, Cic. *considerare in se stesso.*

permacer, ra, rum. Vide macer, Pl. *molto magro.*

permadeo, des, dui, dere, & permadesco, scis, scere, Col. *esser bagnato, esser ben molle.*

permagnus, gna, gnum. Maximus, C. *molto grande, grandissimo.*

permaneo, es, permansi, sum, ere, Consto, & ad finem usque maneo, Cic. & Ter. *restare, intertenersi, dimorare, perseverare, continuare, durare.*

permano, as, are pervenio, penetro. Cic. l. 1. de Nat. Deor. *derivare, uscire, discendere, scendere, colare, esser divulgato.*

permanans, tis, part. a permano. Cic. *che cola, o è derivato, che scende da un luogo, o cola per qualche luogo.*

permanenter, Adver. Lucr. *passando da un luogo ad un'altro.*

permanesco, scis, scere, Pla. *venir in cognizione.*

permansio, nis, f. g. Cic. *perseveranza.*

permaturesco, is, ere, prorsus maturus fio, Col. l. 2. c. 5. *fornire di maturarsi.*

permediocris, & hoc permediocre, Cic. *molto mediocre.*

permeo, as, are, penetro, Cic. *penetrare, passare oltra.*

permereo, res, rui, rere, Stat. *stare, o militare al soldo.*

permetior, tiris, mensus sum, tiri. Demetior, & metior, Cicer. 4. Acad. *misurare.*

permensus, sa, sum, Col. *misurato.*

permetuo, is, ere, valde metuo, Virg. 1. Æn. *temere grandemente, molto.*

perminutus, a, um, Adject. perexiguus, C. 2. Tusc. *molto minuto, minutissimo.*

¶ permaturus, a, um, adject. prorsus maturus, Cels.

¶ permerdo, fœdo, conspurco. Albinus, Pueri omnia permingunt, atque permerdant, Perotus.

¶ permilitare, Ulp. D. l. 27. tit. 1. l. 9. Si Tribunus in cohortibus prætoriis permilitaverit:

permirus, a, um, Adject. Cic. 2. de Div. *molto mirabile.*

permisceo, es, ui, tum, ere, commisceo, C. *mescolare una cosa con l'altra.*

permiste, Adv. Cic. *insieme, mescolatamente.*

permistio, nis, f. g. Verb. Admistio, C. *mescolamento, mistura.*

permissio, nis, f. g.) Cic. *concessione,*
permissus, sus, m g.] *permissione.*

permissus, sa, sum, part. Admissus, C. *concesso, permesso, ammesso.*

permistus, a, um, Admistus, C. *mescolato, misto.*

† permistor, oris, admistor, commistor. *mescolatore, che aduna insieme.*

permitis, & hoc permite, Col. *molto cortese, amorevole.*

permitto, tis, misi, missum, mittere, Concedo, dimitto, potestatem facio, tolero, sino, Cic. 1. Tusc. & Cæs. 2. Bell. Gal. *concedere, lasciare, tollerare, arrendersi, incitare, spingere, precipitare, commettere, mancare.* permittere se fidei alicujus, & permittere in fidem, idest dedere, tradere. *arrendersi nelle mani d'alcuno.*

permittitur, impersonale passivum, *è concesso, permesso.*

permodestus, ta, tum, Adject. admodum modestus, valde modestus C. *molto modesto.*

permodice, Adv. Col. *molto parcamente, pochissimo.*

permodicus, ca, cum, Adject. *molto poco.*

permoleste, Adv. C. *con molta molestia, molestissimamente.*

permolestus, ta, tum, Vehementer molestus, C. ad Att. *molto molesto, e fastidioso.*

permotio, nis. f. g. perturbatio, motus, C. *perturbazione, smovimento.*

permoveo, ves, vi, tum, ere. Dimoveo, commoveo, perturbo, depello, perpello, Cic. pro Cæc. *commovere, smovere fortemente.*

permotus, a, um, commotus, perturbatus, Cic. *commosso, perturbato, smosso, pazzo.* Cic. 1. de Div. mente permotus, idest mente captus, mentis impos, mentis inops, *impazzito, fuora di se.*

permulceo, ces, si, sum, cere, Mitigo, delinio, mulceo, Cic. de Senect. *mitigare, pacificare, addolcire, mollificare.*

permulto, adv. C. *molto.*

permultus, a, um, C. 4. Acad. *molto.*

permultum, Adv. quantitatis, idem quod permulto, multum, *molto.* C. 1. offic.

permundus, da, dum, Varr. *molto netto, e purgato bene.*

permunio, nis, nivi, nitum, nire, Valde munio, Liv. 10. Bell. Pun. *fortificare perfettamente.*

permunitus, ta, tum, Liv. *ben fortificato, fornito di fortificare.*

permutatio, nis, f. g. Mutatio, Cic. *cambio, mutazione.*

permuto, as, avi, atum, tare. Muto, C. in Cat. *cambiare, mutare.* permutare pecuniam, C. *dare denari a cambio, scambiare danari.* Permutare rempublicam, idest perturbare, C. 3. de leg. *turbare.* Item permutare est emere apud Plin. l. 32. c. 3. *comperare.*

perna, næ, f. g. Plin. l. 8. c. 51. *gambetto, cossetto, spalla, o presciuto salato.* Perna præterea ponitur pro pede, & est nomen piscis ex concharum genere, Plin. l. 32. c. 12. *piede, e nome di pesce.*

pernavigo, as, are, Plin. *navigare tutto il viaggio.*

pernecessarius, a, um, Summe opportunus, admodum necessarius, C. ad Att. l. 3. *amico intrinseco, stretto, e molto necessario.*

pernego, as, avi, atum, are, prorsus, vel omnino nego, Cic. Ter. in Eun. *negare in tutto, e per tutto, fermamente.*

¶ pernegatur, impersonale, Cic. 6. Ver. Itaque illo tempore, ac primo istius adventu pernegatur.

perneo, nes, nevi, netum, nere, Mart. *filare compiutamente.*

pernicies, ciei, f. g. exitium, pestis, labes, calamitas, mors, C. l. 1. de Inv. & Ter. *distruzione, rovina, morte, pernicie.* perniciem afferre alicui, *esser la causa della rovina d'alcuno.*

perniciabilis, ad necem omnino ducens, Curt. l. 7. *pernicioso.*

pernicialis, & le,] Plin. Cic. Capita-
perniciosus, a, um,) lis, pestifer, exitiosus, infelix. Cic. *distruttore, pernicioso, chi è causa di rovina, pestifero.*

perniciose, Adv. Exitialiter, pestifere, Cic. *perniciosamente.*

pernicitas, tatis, f. g. Magna celeritas, Cic. Plin. l. 2. c. 2. *velocità, gran prestezza, leggerezza.*

perniciter, Adv. celeriter, cum celeritate, Plin. *prontamente, leggermente.*

perniger, a, um, valde, vel admodum niger, Pla. *molto nero.*

pernimium, Adv. Ter. Adelph. *troppo oltra misura.*

pernio, onis, m. g. pedum morbus ex nimio proveniens frigore calcaneum infestans, Plin. l. 20 c. 3. *spernaglia. buganza, ovver muganza.*

perniunculus, i, dimin. a pernie, apud eundem Pl. *buganza, spernaglia.*

pernix,nicis,.g. omnis,Virg.3.Georg. & Horat. 1.carm. *pronto, vigilante, leggero*. Hinc fit comparativum pernicior, ut vento pernicior, Stat. *più veloce, che il vento*.

pernix, proprie est,qui multum in re aliqua nititur,a pernitor derivatum, *faticoso, stanco*, Virg. 3. Georg.

pernobilis, & hoc pernobile. Valde nobilis, Cic. *Molto nobile*.

pernocto, tas, tavi, tatum, tare, per totam noctem moror, vigilo, noctem ago, sive traduco. Cic. pro Cluent.& Ter. *Stare tutta la notte, vigilante,passare tutta la notte in un' opera, in orazione, vegliare*.

pernosco, scis, novi, notum, noscere, perfecte nosco, Cic. & Pla. *conoscere perfettamente*.

pernotesco,cis,tui, scere,unde pernotuit impersonale, pro perfecte, & certo cognitum est,Tacit.

pernotuit, præteritum impersonale apud Tacitum, idest certe cognitum est apud omnes, *è conosciuto da tutti, manifesto, noto*.

pernox, noctis, Adject. per totam noctem durans, aut vigilans, Plin. *Che dura tutta la notte, e veggbia*. Luna pernox dicitur, cum per totam noctem lucet, Plaut. *La Luna, quando splende tutta la notte*.

pernumero, ras, ravi, ratum, rare, numerum absolvo,Liv.l.8.Bell. Pun. *Fornire di annoverare*.

perobscurus,ra,rum,Ad.C.*oscurissimo*.

perodiosus, sa, sum, C. *Molto odioso*.

pero,ronis,m.g Juv.Sat. 14.& Virg. 9. Æn.Genus calceamenti rustici ex corio crudo contra nives,imbres,frigora, *Scarpa rusticana di cuojo crudo*. Pero etiam fuit nomen Neliæ sororis Nestoris, & tam admiranda pulchritudine,ut omnes eam in uxorem ducere cuperent, cujus pater Neleus eam promisit illi,qui ingentes boves ex custodia Herculis eriperet.

¶ perogigamus,qui admittit, ut saliat equam,eo enim adjuvante equà alligata celerius admittitur. Var.

¶ perolesse, perolevisse, Lucil.

peronatus,ta,tum, peronibus calceatus, Pers. Sat.4. *Calzato di scarpa rustica, fatta di cuojo crudo*.

peroleo, les, lui, & levi, lere, Lucret. *Render molto, e grande odore, buono, o cattivo*.

perofficiose, Adv. Cic. *Molto officiosamente, con grande amorevolezza*.

peropportune.Adv. Cic. *Molto a tempo, opportunissimamente*.

peropportunus, na, num, Adj. valde opportunus, Cic. *Molto opportuno*.

peroptatus.ta,tum,C.*Molto desiderato*.

peroptato.Adv. Cic.*Molto desideratamente, con gran desiderio*.

peropus,valde opus est, necessarium, Ter. *è molto necessario*.

peroratio,nis,f.g.conclusio,epilogus, finis orationis, C. *Epilogo, conclusione, o fine d' una orazione, o parlare*.

† perorior, iris, ortus sum, orior,exorior, *Nascere, derivare*.

peroratus, ta, tum, C. *Chi è finito*.

peroriga,gæ,m.g. Var.l. 2. de re rust. *Chi ha cura di far salire il Cavallo sopra la Cavalla, armentajo da Cavalli*.

perornatus, ta, tum, part. perpolitus, C. *Molto ornato*.

perorno,nas,navi, natum, nare, Valde orno, Tac.l. 5. *Ornare molto*.

peroro,as,avi,tum,are.Oro,orationem finio,perago, concludo, orationi finem impono,epilogum impono, Cic. pro Quint.& 2. de leg. *Fornire di parlare, e orare, conchiudere*.

perorata Oratio,dici potest de Oratione finita,jam omnino eleganter completa, cum scilicet Orationis postrema pars absoluta est.

perorsi,populi sunt Æthiopiæ in Mauritaniæ finibus,Pl.l.1.c.8. l.6.c.30.

perosus,sa,sum. Exosus,qui valde odit Liv. *chi odia alcuna cosa, odiato*.

perpaco, cas, care, Liv. *pacificare del tutto*.

perparce, Adv.Ter. *molto parcamente*.

† perparcus, ca, cum,admodum parcus, perabstinens, entis, *Molto parco, astinente*.

perparum, Adv. admodum parum, C.5. Ver. *Molto poco*.

perparvulus,la,lum,valde, vel admocum parvulus, C. *Picciolissimo*.

perparvus, va, vum, Admodum parvus, *Molto picciolo*.

perpaucus, ca, cum, valde paucus, C. *Molto poco*.

perpatiens, tis, part.perferens,sufferens, C. *paziente, molto sofferente*.

perpavefacio, cis,feci,factum, facere, valde pavefacio,*Spaventare molto*.

perpaulum, Adv. Cic. *Pochettino*.

perpaululum, Dim.Cic. *pochissimo*.

perpauper, adj.valde pauper, & egenus, Cic. *Molto povero*.

perpello, lis, perpuli, pulsum, Impello, permoveo, Cic. *commovere, cacciare, spingere alcuno a qualche impresa, indurre, forzare*.

perpendo, dis, di, sum, dere. Expendo, diligenter considero, Cicer. *Contemplare,pensare,considerare diligentemente*. judicio acri perpendere. Luc. *considerare alcuna cosa con gran giudicio*.

perpendiculum,li,n.g.C.4 Acad. *pendiculare,piombino di muraro, di marangone o altro artefice, archipenzolo*.

perpendicularis & hoc re, dicitur linea, aut quodvis corpus faciens cum alio angulos rectos, seu corpus cadens super alterum ad perpendiculum: radii solis dicuntur perpendiculares esse illis, qui habitant sub æquatore. *Cosa perpendicolare, o che casca, o che è fatta a piombino*.

¶ perpaucalus, dim. Cic. de Leg. Deduxit in Academiam perpauculis passibus.

† perpendiculator, is, qui perpendiculo utitur, ut faber materiarius,vel cementarius. Sext. Aurel. Victor in Adriano.

perpense.Adv.examinate, ponderate, *Consideratamente,ponderatamente*.

perpensa,sæ,f.g.Pl.l.11. c.9. *Erba così detta*.

¶ perpensatio, Gel. l. 2. c. 2. Eum summa (o dii boni) honorum, ac officiorum perpensatione.

perperam, adv.prave, perverse, corrupte, vitiose,præpostere, Cic. & Pla. *Malamente,perversamente, falsamente, a torto,malvagiamente, scelleratamente, corrottamente*.

¶ perpensus, part. *Pesato,considerato diligentemente*.

perperus, ra, rum, indoctus, stultus, rudis, insulsus,seu, ut alii volunt, procax,temerarius, præceps, aut etiam levis, & inconstans, Nonius, *Ignorante, grosso, rozzo, indotto,temerario, precipitoso, incostante*.

perpes,petis,adj.Pl. *Intiero, continuo*.

perpessio, nis f.g.perpessus, Cic. de finib. *Il patire, e sopportare, passione, affanno. dolore, tormento, travaglio, pazienza, sofferenza*.

perpessus.part Qui nimio cum labore, & dolore passus est, C. *chi ha sofferto, patito, e sopportato qualche cosa*.

perpetim, ad. perpetuo, Plin. *Continuamente, del continuo*.

perpetior,teris, vel tere, pessus sum, pessum, Suffero, perfero, Cic. in ep. fam. *patire, sopportare, sofferire*.

† perpetratio, nis, f.g.actio, effectio, operatio,opus, *operazione, fattura*.

perpetro,tras,travi, tratum, re, perficio, & plerumque in malam partem capitur, Pla. *Venire a capo di qualche impresa*. Perpetrare cædem, Liv. *Comettere omicidio*.

perpetratus, ta, tum, partic. ut perpetrato bello, Liv. *Fornita la guerra, dopo la guerra*.

perpetualis, & hoc le, universalis, Quint. *Universale*.

perpetuarius,ii,m.g. Budeus dicit esse eum,qui perpetuo rem conduxit. fundi perpetuarii opponuntur emphyteuticis. vide Institut. Justin.

perpetuitas, tatis,f.g.Diuturnitas,perennitas,continuatio, Cic. in Offic. *perpetuità, continuazione, immortalità*.

perpetuo, tuas, tuavi, tuatum, tuare, continuo, Cic. *Continuare, perseverare, e perpetuare*, Boc.

perpetuo, adv. in perpetuum, C. *continuamente,perseverantemente, perpetuamente, sempre, da tutte l'ore*.

perpetuum, adv.In perpetuum, continuo,perpetuo, Var. *continuamente, perpetuamente, da tutte l' ore, sempre*.

perpetuus,tua,tum,perennis,constans æternus, sempiternus, universus, & continuus, Cic.& Ter. *continuo, intiero, perpetuo,eterno, eternale, sempiterno, lungo, senza fine*. perpetuus amor, *Amore, che sempre dura*.

perpictus, ta,tum,partic. a perpingo, Exacte pictus, Ovid. 10. Metam. *Dipinto, ben ritratto, ben fatto*.

perpingo, gis, xi, licet non usitatum sit expresse ab ullo antiquorum, tamen non est propterea a nobis rejiciendum, cum ejus usus comodo esse poterit, cum ejus participio perpictus usus sit Ovidius. & idem est, quod pingere, *Tirare il ritratto d' alcuno perfettamente*.

perplaceo,ces,cui,citum, placere, valde placere, Ter. Hea. *piacer molto, aver molto caro*.

perplexus, a, um, Pl. implicatus, *legato, intricato, intrecciato, inviluppato, difficile, dubbioso, dubbio*.

perplexe.adv.implicite, obscure, Ter. Eun. *dubbiosamente, intricatamente, e oscuramente*, & Plaut. usus est perplexim.

perplexor, aris,atus sum,ari, Pla.perplexum facio, verbum scil.deponens, *render dubbioso*.

perplexabilis, & le, Pla. idem, quod perplexus, *intricato, difficile*.

perplexabiliter, adv. apud Pla.similiter, idem,quod perplexe, *intricosamente, difficilmente*.

† perplexim,adv.perplexe, perplexabiliter,difficulter, *intricatamente,difficilmente*.

perplicatus, a, um, part. a perplico, Liv. *Piegato, legato con altre cose*.

¶ perpluo, is, ere, transmittere pluviam, *trapiovere*,

perplures, & hæ perplura,rium, plur. ac si veniret a perplus, Pl. *più*.

perplurimum, adv. ut perplurimum refert, Pl. *importa molto, o assai*.

† perplus,ris,multo plus,magis, *molto più, assai più*. perpluris facere virtutem, *stimar molto più la virtù*.

perpol,sicut quidam legunt apud Pla. in Cass. & Ter. in Hecy. alii tamen negant esse vocem latinam,si vero latina. est adv. jurandi per Pollucem.

perpolio, is,ivi,itum,ire, expolio, C. *polir bene,mondare,purgare, nettare*.

perpolitus,a,um,excultus, expolitus, Cic. *molto polito, mondato,e purgato*.

perpolitio, nis, f. g. verb. Auth. ad Her. *esso polire*.

perpopulor, laris, latus sum, lari, populor, Liv. *saccheggiare, desertare, metter a sacco*.

perpoto, tas, tavi, tatum, tare, Cic. *attander a bere*.

perpotatio,nis, f.g. verb. Cic. *imbriacamento ordinario*.

perprimo,mis,pressi, pressum, primere, Hor. *premere di continuo*.

¶ perprosper, a, um, Suet.in Claud.c. 31. valetudine sicut olim gravi, ita deinceps perprospera usus est.

perprurisco,is, admodum prurio, Pla. *aver gran pizza, pizzicore*.

perpulcher,cra, crum, valde pulcher, Ter. *bellissimo*.

† perpulchre, admodum pulchre, valde venuste. *bellissimamente, vaghissimamente*, adv. sup. naturam sequens, cujusmodi sunt omnia sic composita.

perpurgo, gas, gavi,gatum, gare, Cic. *purgare,mondare, o nettare del tutto*.

perpusillum,adv.C.l.2,de Or. *pochissimo*

perpusillus,a,um,Cic. 2. de Or. homo perpusillus, C. *uomo molto da poco*.

peputo,as,avi, perfecte puto, declaro perfecte, *dire, o considerare,pensare alcuna cosa perfettamente*, Plaut.

perquam. adv.valde, vel maxime,C. *molto, d'avvantaggio*.

¶ perquiesco,penitus quiesco,Apu.l.8. totam perquiescimus noctem.

perquiro,ris,sivi,situm,quirere,exquiro,inquiro,C. pro Clue.& Cæs. *cercacare diligentemente,dimandare,cercare grandemente,interrogare*, Cic.

perquisite,adv.diligenter,exquisite, & perquisitius,adv. comp. *con diligente inquisizione, molto diligentemente*.

perquisitor, toris, verb. Pla. *chi cerca con diligenza, inquisitore*.

† perquisitus,a,um,exquisitus,indagatus, requisitus, *investigato,cercato*.

perrarus, a, um, adject. valde rarus, Plin. *cosa, che di raro si trova*.

perraro, adv. Cic. *molto raramente*.

perrepo, pis, psi, tum, repere, Col. *andarsi rampando sin' a qualche luogo, aggrapparsi*.

perrepto, as, avi, atum, tare, freq. idem,quod perrepo, & tarde cum labore incedo, Ter. in Adel.

perridiculus, a, um, adject. Cic. *degno d' esser beffato,ridicoloso, che merita esser burlato*.

perridicule, adv. perridicule dicere, Cic. *dir cose da ridere*.

perrodo, dis, rosi, rosum, rodere, Pl. *rodere del tutto*.

perrogo, gas, gare, Plin. jun. & Tac. l.20. *dimandare l'opinione di un giudice o consigliere*. perrogare proprie dicebantur Consules, qui sententiam rogabant, ut Tac. loquitur, cum perrogarent sententias Consules. præpositio enim illa, per, vim & emphasim habet, & denotat actionem pertinentem ad plures.

¶ perrogatus,a,um,hinc perrogatæ sententiæ dicuntur, cum omnes sententiam dixerunt,ut videre est ex Liv.

perrumpo, pis, pi, ptum, rumpere, disrumpo, perfringo, perseco, via perio, Cic. & Cæs.l.2.bel. Gall. *rompere, entrare per forza*. perrumpere castra, & agmen, Pl.jun. *assalire il forte del nemico*. perrumpere leges, idest violare, & frangere.

persæpe,adv.Cic.de Amic. *molto spesso*.

persalsus, sa, sum, adj. admodum salsus, Cic. *molto salato*.

persalse. adv. Cic. *molto accortamente, molto astutamente*.

persaluto,tas,tare, frequenter saluto, vel ad unum omnes saluto, *salutare spesso, salutare tutti*.

persancte, adv.dejerare persancte, Ter. *far un sacramento*.

persano, nas, navi, natum, nare, Pl. *sanare intieramente*.

persapiens, c.g. valde sapiens, *molto savio*.

persapienter, adv. valde sapienter C. *molto saviamente*.

perscienter aliud adv.magna cum prudentia, Cic. *con gran prudenza*.

perscindo, dis, scidi, scissum, scindere, Liv. *tagliare per mezzo affatto*.

perscribo, bis, psi, tum, bere, refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero. Cic.ad Planc.& Var. *scrivere a lungo il tutto*.

perscriptum dicitur,quod litteris consignatum est, C. de Arusp. respon. *messo in scrittura*.

perscriptio,is,f.g.verb. C. 5.Phil. *esso scrivere*. perscriptiones præterea sumuntur pro contractibus, seu instrumentis pactorum, quæ vulgo appellantur registra, & ornatus tabulæ publicæ, Cic. *contratto registrato nel libro del registro*.

perscriptor,ris,verb. cautor,tabellio, Cic. *colui, che scrive contratti, notajo*.

perscrutor,taris, vel tare, tatus sum, tum, tari, verb. depon. exquiro, inquiro, perquiro, Plaut.Cic. off. *cercare con diligenza*.

persea, æ, f. g. arbor, inquit Dioscor. fructum ferens stomacho accommodatum, & prædulcem.

perseco,as,cui,ctum, care, perfecte seco,Cic.4.Acad. *tagliare tutto affatto*.

persector, taris,tari, Luc. *perseguitare, cercare con diligenza*.

persecutio, onis, f. g. verb. a verbo persequor, Cic. in Orat. *persecuzione, esso perseguitare cercando*.

persedeo, des, sedi, sessum, dere, Sen. *sedere di continuo*.

persegnis, & hoc persegne, valde segnis, Liv. *molto da poco*.

¶ perseis, dis, nymphæ cujusdam nomen, Oceani, & Theryos filiæ, ut refert Hesiod. in Theog.

persenex, senis,c.g. valde senex, Suet. *assai vecchio*.

persentio, tis, sensi,sensum, sentire, Virg. *sentire, comprendere*.

persentisco, scis, scere, percipere aliquid fieri,præsagire, *sentire,intendere, che si faccia alcuna cosa*.

persephone, es, f.g. filia Cereris, a Græcis sic dicta,a Latinis Proserpina, regina, & dea inferorum, & uxor Plutonis, Virg. 6. Æn. & Ov. 4. Fast. *la Regina dell' inferno, e la moglie di Plutone*.

persequax, persecutor, Apul.

persequor, ris, quutus sum,quutum, qui, sequor, imitor,colo, & utimur pro his significationibus, tueor, pergo, pervenio, exequor, ulciscor, complector, Cic.Ter. *perseguire, perseguitare, seguire, seguitare*. persequi alicujus vestigia, Cic. *seguire l' orme d' alcuno*. promissa factis persequi *attendere a far quello, che si ha promesso*. persequi jus suum, petere, & defendere, *dimandare, e seguitare il diritto suo*: imperium patris persequi, *ubbidire al padre*. persequi præterea ponitur pro vendicare. Cic. 4. Phil. *vendicare*.

¶ persero, is, dissemino, sive divulgo, *divulgare per tutto*.

persevero, ras,ravi,ratum, rare,persisto, permaneo, persto, C. de Amic. & Cæs. 4. Bel. Gal. *perseverare, seguire, non cessar di fare*.

¶ perseverans, nomen ex partic. *perseverante*.

perseveranter,adv.constanter,Liv.4.ab urb. *perseverantemente,costantemente*.

perseverantia,tiæ,f.g. assiduitas, constantia, Cic. 5. Ver. *perseveranza, costanza, assiduità, stabilità*.

perseverus, a, um,adject. perseverum imperium, Vac. *molto severo, aspro*.

persia,seu Persis, sidis, Persida, dæ a

Virg. *Persia Regno*. hinc Perseus, sei, & Perses, idis, vel sis.

¶ persibus, a, um, peracutus, Var. l. 6. de L. persibe aperire.

¶ persiccus, valde siccus, Cæs.

¶ persicaria, herba hydropiperi simillima.

† Persice, juxta morem Persarum, pro consuetudine Persica, *Persicamente, alla Persiana*.

persicus, ca, cum, adj. Perseus, Juv. *Persiano*.

persica mala, Plin. lib. 13. *Persichi*.

Persideo, des, sedi, sessum, sidere, Pli. l. 17. c. 24. *dimorare, non andare altrove, persistere, durare*.

persido, dis, sedi, sessum, sidere, Lucr. & Virg. *Penetrare sin al fondo*.

† persigatus, ta, tum; obsignatus, præsignatus, *segnato, sigillato*.

Persigno, as, are, Liv. *segnar bene*.

persimilis, & hoc persimile, valde similis, *molto simile*.

persisto, stis, ti, tum, tere, persevero, persto, permaneo, Cic. Liv. *durar sin al fine, perseverare, persistere, fermarsi*.

Persolata, æ, f.g. sive personata, herba, quæ vulgo appellatur lappa in officinis, Plin. l. 29. c. 9.

Persolido, as, avi, solido, Stat. 1. Theb. *assodare, congelare*.

persolvo, is, vi, tum, vere, solvo, respondeo, aperio, explico, Ci. Vir. *pagare intieramente, soddisfare a pieno, cancellare, e aprire, o dichiarare, sciogliere*. persolvere promissum, Cic. *fornire, osservare la sua promessa*. persolvere quæstionem, Cic. *sciogliere, dichiarare una questione*. persolvere rationem officii, C. *rendere conto di aver fatto il suo uffizio*. persolvere pœnas, est dare penas, luere, pendere, *esser punito*.

persolus, a, um, adject. ut persolæ nugæ, meræ nugæ, Plaut. *pure ciancie, e chiacchiare*.

persona, æ, f.g. est ea proprietas, qua homo differt ab homine in iis rebus, quas Rhetores attributa personarum vocant, ut pater, filius, maritus, uxor, judex, imperator, & id genus alia: & sumitur pro munere, partibus, ipso homine, hominis conditione, facie ficta & histrionica, C. 4. in Ver. *maschera, faccia contrafatta*. Ter. *personaggio* C. *persona, o qualità di ciascun' uomo*.

¶ Persolla, parva persona.

personam alicui imponere, est rei provinciam aliquam dare, *dare ad alcuno qualche carico*.

personę in tectis, aut suggrundiis ædificiorum dicuntur statuæ, aut figuræ illæ humanæ, quæ ore, aut pede aquam fluvialem effundunt.

personalis & hoc le, quod ad personam pertinet, ut personalis actio, est actio in personam, non in rem, *cosa pertinente alla persona dell' uomo*.

† personaliter, per præsentiam, *Personalmente, in persona*.

personatus, a, tum, personis, aut larvis indutus, Cic. Att. l. 15. *mascherato, travestito*. personata felicitas, Sen. idest simulata, non vera.

personata, tæ, f.g. Plin. & Col. *erba detta lappa*. Vide persolata.

persono, as, ui, are, percrepo; Cic. *fare gran suono, strepitare, strasonare*.

personus, adj. Val. Flac. *risuonante, strepitoso*.

persorbeo, bes, bui, vel sorpsi, sorbitum, sorbere, Plin. *sorbir tutto, bevere, attraere*.

perspeculor, aris, ari, Plin. *guardare con diligenza*.

perspecte, adv. diligenter, docte, Plaut. in Mil. *diligentemente, dottamente*.

perspectus, a, um, cognitus, exploratus, certus, Cæs. & Cic. *conosciuto, compreso manifestamente*.

Prospecto, tas, tare, frequent. Plau. *guardare d' intorno con diligenza*.

perspergo, is, spersi, ersum, *spargere, inaffiare*, C.

perspicax, cis, adject. solers, acutus, Ter. in Heau. Cic. *perspicace, chi vede acutamente, e intende sottilmente*.

perspicacia, ciæ, f. g. perspicacitas, solertia, Cic. Att. l. 5. *acutezza, considerazione, esso vedere acutamente, e intendere sottilmente*.

perspicacitas, tis, f. g. idem, quod perspicacia, & acumen, Cic. Att. l. 1. & 6. *acutezza, considerazione*.

† perspicaciter, acute, subtiliter, solerter, *acutamente, sottilmente*, adv. qual.

perspicio, is, spexi, spectum, spicere, animadverto, & cognosco, Cæs. Cic. Ter. *vedere, e conoscere pienamente, e intendere, comprendere chiaramente*.

perspicientia, tiæ, consideratio, contemplatio, cognitio, intelligentia, C. *conoscenza chiara, intelligenza*.

perspicuus, cua, cuum, clarus, evidens, apertus, manifestus, minime dubius, C. Mar. *chiarissimo del tutto, manifesto, e splendido*. Oratio perspicua, & clara, & aperta, *orazione chiara e manifesta, e parlare chiaro, e non ambiguo*. perspicuum est omnibus, Cic. *questo a tutti è chiaro*.

perspicue, adv. manifeste, aperte, dilucide, Cic. *chiaramente, evidentemente, manifestamente*.

perspicuitas, tatis, f. g. evidentia, splendor, ac facilitas, 4. Acad. *evidenza, chiarezza, splendore, luce*.

perspisso, adv. tarde, Plin. *tardi*.

Persterno, is, avi, atum, sternere, Liv. *coprire, lastricare del tutto*.

perstimulo, as, avi, idem quod stimulo, Tac. l. 5. *stimolare, spingere, pungere*.

perstino, as, avi, quidam usurparunt pro emo, ut Apul. *comperare*.

prædicabilis, & hoc prædicabile, prædicandus, celebrandus, laudandus, laudibus extollendus, commemorandus, Cic. di che si dee far stima.
prædicatio, tionis, f.g. Verb. Celebratio, commemoratio, Cic. esso predicare, dire.
prædicator, toris, m.g. Aliud Ver. Laudator, buccinator, præco, Cic. chi dice qualche cosa pubblicamente.
prædico, as, vi, tum, care, canto, decanto, celebro, commemoro, glorior, persono, Pla. dire per tutto, pubblicare qualche cosa, Cęs. dire, annunziare. prædicare gloriosius de se ipso, Cic. vantarsi troppo.
prædico, cis, xi, ctum, cere, prænuncio, moneo, præcino, præsignifico, testificor, portendo, præmonstro, Ter. predire, avvertire di qualche cosa prima che avvenga. prædicere futura, C. predire, profetizzare le cose future.
prædictio, nis, f.g. Verb. prædictum, divinatio, vaticinatio, significatio, Ci. profezia, avviso di cose future.
prædictum, dicti, n.g. idem, quod prædictio, C. avviso delle cose future, o le cose stesse, le quali sono predette.
prædictus, a. um, Cic. predetto.
prædisco, discis, didici, discere, Pl. apprender avanti.
præditus, ta, tum, cumulatus, ornatus, decoratus, instructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus, Cic. chi ha. ut spe optima præditus, Cic. chi ha ottima speranza. Vitio præditus, Cic. vizioso.
prædives, tis, Ad. Pl. molto ricco, riccone.
prædivino, as, avi, tum, nare, Pl. indovinare una cosa, prima che avvenga.
¶ prædivinus, a, um, valde divinus, molto divino.
præd um, dii, n.g. Fundus, possessio, regnum, C. Prædium urbanum, rusticum, belle ædificatum, amœnum, dotale, fructuosum. eredità, possessione, fondo.
prædiolum, dioli, n. g. Diminutivum, C. picciola eredità.
prædo, prædonis, m. g. Cic. prædator, pirata, rubatore, corsale.
¶ prædoctus, ante edoctus, Sall. in Jugurth. Cæterum qui Centuriis præerant, prædocti a duce, &c.
prædonulus, li, m.g. Dim. a prædo, apud Cat. corsale picciolo, pirata picciolo.
prædomo, as, mui, itum, ex præ, & domo, ante domo, Sen. epist. 115. domare per avanti.
prædor, daris, vel dare, datus sum, datum, dari, prædam facio, C. rubare.
præduco, ducis, duci, ductum, ducere, Pl. menare, o metter avanti.
prædulcis, & hoc prædulce, & perdulcis. Pl. molto dolce, e delicato.
præduro, duras, durare, Pl. indurire molto.
prædurus, dura, durum, Virg. molto duro.

præeo, is, ivi, itum, ire, ante eo, Cic. andare avanti. Præire de scripto, Liv. scrivere avanti d' un altro.
præfacilis, & hoc præfacile, Pl. molto facile.
prefaris, vel prefare, prefatus sum, prefari, præloquior, Cic. fare un proemio di quanto abbiamo a parlare. præfari divos, Virg. invocare gli Dei prima che si faccia cosa alcuna.
præfatio, nis, f. g. Verb. Exordium, procemium. Cic. prefazione, esordio, o principio di ragionare.
præfectura, cturæ, f.g. picciola giurisdizione, commessa per tener ragione.
præfectus, cti, m.g. qui rei alicui præ ficitur, præpositus, C. proposto a qualche officio, o carico di governo.
præfectus moribus apud Cic. ad Pap. l. 9. qui est ad adolescentium mores componendos constitutus, correttore, o maestro dei giovani. Sic præfectus vigilum in re militari dicitur is, qui curam habet disponendorum per urbis regiones vigilum nocturnorum. præfectus urbis, Governatore della Città, Podestà. Præfectus annonæ, chi ha cura del grano. præfectus classis, Cic. 4. in Verrem, Generale, o Capitano dell' Armata.
præfectus prætorio, apud Cęsares Romanos dicitur, qui curam publicæ disciplinæ emendandæ habet, seu qui judicibus pręerat, ut debiti sui munia, & judicia exercerent, ex Cassiodoro Epist. l. 9.
pręfectus equitii, Viv. il maestro di stalla.
præfectorius, ria, rium, præfectura perfunctus, Ulp.
pręfericulum, i. n. g. vas amplum in rebus sacris adhibitum instar pelvis, Fest. vaso grande, come un catino, del quale se ne servivano nei sacrifizj.
prefero, fers, tuli, latum, Antefero, præpono, Cic. porre avanti, ostimare più, metter avanti. preferre sensum aperte, Cic. dimostrare quello, che si ha nell' animo.
præferre alicui facem. C. portare il torcio avanti. Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. Liv. il tuo volto predice non so che gran male.
præferox, præferocis, Adj. Liv. molto forte, coraggioso, e arrogante.
præferratus, ta, tum, Pl. ferrato in punta
præfervidus, ta, um, Adject. Col. molto ardente, e bruciato.
præfestino, nas, nare, Col. affrettarsi avanti tempo.
præfestinatus, ta, tum, part. sive nomen ex part. Ov. troppo frettoloso.
præfestine, Adv. idem, quod quam celeriter, Plaut. molto frettolosamente.
¶ præfestinatim, idem, Sisenna Historiarum l. 4. Judices, quod vellent instituerent præfestinatim.
præficæ, carum, f. g. plur. n. Pla. donne condotte a prezzo per piangere e laudare i morti.
præficio, ficis, feci, fectum, ficere. præpono, Cic. dare carico, e autorità ad alcuno di qualche impresa.
præfido, dis, di, fisum, fidere, confido, Cic. fidarsi molto.

præfigo, figis, fixi, fixum, figere, Pl. ficcare davanti.
prefiguro, ras, ravi, repræsento, rappresentare, Liv.
præfinio, finis, finivi, finitum, finire, præscribo, præstituo, Cic. finire, ornare, far d' avvantaggio, limitare, determinare.
¶ præfinitus, ta, tum, decretus, determinatus, stabilitus, statuito, stabilito.
præfinito, Adv. Ter. a misura.
prefixus fixa, fixum, part. a præfigor, præfigeris, Pl. fisso avanti.
præfloreo, flores, floruí, florere, Pl. fiorire prima, che gli altri.
præfloro, as, are, Pl. Jun. portar via il primo fiore.
¶ præfloratus, ante defloratus, & in flore præcerptus, Apul.
¶ præfluens, entis, part. a præfluo, ante fluens, chi scorre davanti alcun luogo.
præfluo, fluis, fluxi, fluxum, fluere, Pl. colare avanti qualche luogo.
¶ præfluxus, & profluvium alicujus rei ante, vel præter labentis, a profluo.
præfoco as, avi, tum, Ovid. affogare, strangolare alcuno.
præfodio, dis, di, sum, dere, Plin. cavar la terra.
præfœcundus, da, dum, Pl. molto fertile.
præformido, das, dare, Quint. temere avanti il colpo.
præformo, as, are, Quint. formare per avanti.
præfracte, & pertinaciter, Adver. C. pertinacemente, rigorosamente, ostinatamente.
præfractus, ta, tum, fractus, ante fractus: item durus, obstinatus, pertinax, duræ cervicis, duro, ostinato, rotto prima, Cic. Ov. Valer. Max
præfrigidus, da, dum, Valde frigidus, Pl. & Ov. molto freddo, come ghiacciato.
præfringo, gis, fregi, fringere, Liv. rompere per avanti.
præfulcio, is, si, tum, fulcire. Sustento, C. sostentare, dar appoggio a qualche cosa prima, che si rovini.
præfulguro, ras, ravi, ante fulgurare, Valer. Flac. Arg. 3. folgorare per avanti, balenare, lampeggiare.
præfulgeo, ges, si, fulgere, præter modum fulgeo. Ad Herennium, lampeggiare chiaramente.
præfulgens, part. Mirum in modum fulgens, & splendens, Sil. molto risplendente.
præfurnium, nii, n. g. Cat. bocca del forno.
prægelidus, da, dum, Col. molto gelato.
prægermino, nas, navi, natum, germinare, Pl. germinare avanti gli altri.
prægestio, is, vi, tum, gestire. Valde gestio. Cic. saltare per piacere di qualche cosa, gioire per allegrezza.
prægigno, is, nui, tum, ere, Pla. generare primieramente qualche cosa.
prægnans, prægnantis, plenus, gravidus, pieno, gravido. Attribuitur non solum mulieribus, sed etiam animalibus brutis, ut canibus, suibus, & ejusmodi, ut patet ex loco quodam Horatii,

ratii, ubi dicit, canem prægnantem. præterea attribuitur arboribus, Pli. l. 13. c. 14. ut, arbor prægnans dicitur tunc cum humorum, & alimenti satis exsuxit, sed nondum folia & flores emisit.
prægnatio, onis, f.g. Diminut. Var. Pl. Gravidezza di donna.
prægrandis, & hoc prægrande. Valde magnus, C. Molto grande.
¶ prægrado, as, antiqui dixerunt, pro prægredior, ante gradum facio, antevenio, Pacuv.
¶ prægravatio, onis, Verb. a prægravo, l' essere più grave da un canto, che dall' altro, & prægravator, oris.
prægravis, prægrave, Pl. forte grave, di gran peso.
prægravo, as, avi, tum, gravare, Pl. Esser grave più da una banda, che dall' altra, Sen. Esser più grave.
¶ prægradiens, tis, participium, præcedens, Che va innanzi.
prægredior, eris, vel gredere, gressus sum, gredi. Ante eo, & pro eo, Liv. andare avanti, passare avanti. Plin. passare oltra. prægredi alios, Sal. passare gli altri, esser più eccellente, superare, avanzare.
prægressio, onis, f.g. Verbale, & præcursio, ut, nisi prægressione causæ, C. Se non con causa precedente.
prægusto, as, vi, tum, are, Pl. Assaggiare gustare prima, fare l' assaggio.
prægustator, oris, m.g. Suet. chi fa credenza di mangiare, e bere, credenziero.
præhendo, dis, & per syncopen prendo, sicut & in omnibus cæteris temporibus idem accidit, prændi pro præhendi, prændimus, Pro præhendimus apud Virg. 6. Æn. & etiam in compositis comprendo, pro comprehendo, prendere, pigliare.
¶ præhensio, nis, Gellius c. 12. l. 13. præhensionem habent tribuni pleb.
præhenso, as, & per eandem syncopem prenso, freq. a prendo, pigliare. prensare proprie erat candidatorum, qui ambiebant magistratum, manus aliorum prænsabant, rogantes eos, ut ipsis suffragia darent. Far broglio.
† præhensus, sa, sum, partic. a præhendo, comprehensus, apprehensus. preso, pigliato.
præjaceo, es, jacui, jacere, Plin. Esser steso avanti qualche luogo.
præjacio, is, jeci, jactum, ante jacio, oppono. Gittare innanzi, oppore. Col.
præjudico, as, avi, atum, are, præjudicium facio, Brutus ad Cic. Far giudicio d' alcuna cosa, prima che si conosca, e dica colui, a chi s' appartiene. Prejudicare alicui, Ulp. Nuocere, portar pregiudicio, o danno.
Prejudicium, ii, n.g. Judicium ante datum, quod possit esse exemplum aliis rebus judicandis, C. Giudicio, che instruisce a giudicare in altre simili materie, caso seguito. Ulp. Danno, pregiudicio.
pręjuvo as, vi, are, Tac. ajutare avanti.
prelabor, laberis, labi, Col. Cader lentamente, sdrucciolare.
prelambo, is, prelambere, Hor. Leccare avanti.

¶ prelatus, ta, tum, antelatus, Antepesto, preposto. Unde presules dicuntur Prelati, quia aliis simplicibus presbyteris anteferuntur.
¶ prelavo, ante lavo, Apul.
prelego, is, legi, lectum, legere. Quint. leggere, esporre qualche cosa a un fanciullo, a finche l' impari.
prælectio, onis, f. g. Ver. Quint. Tal lezione.
preliaris, & hoc re, quod ad bellum pertinet, unde dies preliares dicti a Romanis, quibus fas erat hostem bello lacessere. Che appartiene alla guerra. Pla.
† præliator, oris, m.g. oppugnator, decertator. Combattente, campione.
prælibo, as, are, Ante libo, Sta. Gustare avanti.
prælicenter, Adv. Gel. Molto licenziosamente, con gran libertà.
præliganeus, a, um, primo a vendemiare. ut vinum præliganeum, Cato. Vino delle prime uve mature.
præligo, as, avi, atum, gare, & obligo, Liv. Legare prima.
¶ prælinire, ante ungere, Gellius l. 13. c. 22. Marcus Cato villas suas inexcultas, & rudes tectorio quidem prelinitas fuisse dicit.
prælior, aris, vel liare, atus sum, atum, ari, Verb. depon. prælio dimico, prelium facio, vel committo, certo pugno, decerto, Cæs. combattere, battagliare.
prælium, lii, n.g. Dimicatio, certamen, pugna, Cic. fatto d' arme, battaglia. Ad prælia venire, ad prælia ventum est, manus conferunt, manibus confertis pugnare, aciebus jam adversis pugnant. Cominciare la battaglia.
prælia dare. Virg. Dar la battaglia, fornir di combattere.
prælongus, a, um. Liv. Forte lungo.
prælongo, as, are. Plin. Allungare, far lungo.
† præloquium, quii, idest anteloquium, discursus ante habitus, Discorso fatto avanti.
præloquor, queris, vel quere, quutus sum, quutum, qui, prædico, Cic. parlar prima.
¶ prælubium, pelagus, Glos. Isid.
præluceo, luces, luxi, lucere. Lucem, vel lumen præfero. C. Render gran luce. Prælucere alicui, Sue. far lume ad alcuno. Per translationem eleganter dicitur pro superare, excellere in aliqua re, sicut Cic. de seipso loquitur contra Sallu. ego meis majoribus virtute præluxi, tu tuis tenebras offudisti. Superare, eccellere, esser più nobile, onorato, illustre.
præludo, is, si, sum, dere. Virg. Far una levata di scrimia, provarsi a colpeggiare
præludium, dii, n. g. Cic. Assaggiamento, proemio, canto precedente.
prælusio, onis, f.g. Pl. Assaggio, mostra di combattere.
prælum, vide prelum.
prælumbo, lumbas, lumbavi, lumbos præfringo, Afran. Rompere i lombi ad alcuno.

prælustris, & hoc stre. Adj Ov. Molto illustre, grande, magnifico, famoso.
præmando, as, are. Varinus ad Ci. Comandar prima.
præmaturus, a, um, Immaturus, intempestivus, præproperus, Ci. Non ancora maturo, avanti il tempo. præmatura mors, Pl. Morte, che viene avanti il tempo. Sic præmatura senectus, Vecchiezza, che viene avanti il tempo.
præmature, adv. intempestive, præpropere. Plaut. Avanti tempo, troppo tosto.
præmeditatus, a, um, part. sive nomen ex part. meditatus, cogitatus, præparatus, Cic. Meditato per lo passato, pensato, preparato.
præmeditor, aris, vel are, atus sum, tum, tari, Verb. depon. pensare prima, quanto si dee fare, o dire.
præmeditatio, nis, f. g. Verb. C. tale pensamento.
præmefero, prætefers, præsefert, præmegero profiteor, demonstro, induco confiteor vultum promptum habeo, & linguam. Quasi in una dictione sumitur, cum tamen non ita sumendum sit, cum in plurali non dicatur præ illis gerunt, præ nobis, præ vobis, licet nihil repugnet, sed revera voces sunt distinctæ. Cic. Far professione, dimostrare, confessare.
præmercor, caris, vel care, tus sum, cari. Pl. Venir su l' altrui mercato, prometter più avanti.
præmessum, i, n.g. primitiæ frugum, quas prælibatores Cereri offerendi gratia præmetebant, Fest. primizia de' frutti, che si mettavano avanti gli altri
præmetior, ris, mensus sum, ante metior, unde participium præmensus apud Tibullum l. 3. Eleg Misurare per avanti.
præmetuo, tuis, tuere, Lucr. temere per avanti.
¶ præmando, is, ere, Gell. l. 1. c. 4. Si me, ut ajunt, tibi præmandere postulas.
¶ præmansus, ante mansus.
præmigro, gras, avi, tum, grare, Pl. Disloggiare prima.
præmitto, mittis, misi, missum, mittere, Mandare avanti. Ut præmittere literas odiosas, Cic.
præmium, mii, n, g. Merces, fructus, beneficium. C. Il prezzo dato a chi guadagna in qualche giuoco. Pl. Jun. Salario, rimuneramento, pena, castigo.
præmior, aris, Sueton. premiar.
¶ præmiosus, pecuniosus. Accius. Divitem ac præmiosum avum.
¶ præmiator, qui præmiatur, & præmiatrix.
¶ præmonitum, Vell. c. 2. l. 14. Præmonita, & præcepta.
præmoderor, aris, ari, Gell. dar misura.
præmodum, adv. apud Gellium, idem, ac supra modum. Sopra modo, sommente.
præmolestia, stiæ, C. Molestia presa di un disconcio prima, che venga.
præmolior, moliris, molitus sum, liri,

Liv. *Far le ſue preparazioni prima che che ſi venga all' effetto.*

præmollis, & hoc præmolle, Ter. *Molto tenero.*

præmollio, lis, livi, ante mollio. Quint. *Far molle, tenero avanti.*

præmollitus, ta, tum, partic. a præmollior. *Fatto molle.* Semina præmollita, ideſt aqua macerata. *Fatti teneri, e molli nell'acqua.*

præmoneo, es, nui, itum, nere. Idem, quod moneo, ſive ante moneo, Cic. *Ammonire, avvertir prima.*

præmonitus, hujus nitus. Ver. Val. Max Ovid. *Ammonizione, avviſo.*

præmonſtro, as, avi, tum, ſtrare, prænuntio, monſtro, Cic. *Moſtrare, e avvertire di quanto s'ha da fare, avanti che ſi cominci l'impreſa.*

præmonſtrator. Ver. Ter. *Chi moſtra, e inſegna prima.*

præmordeo, des, di, ſum, ere, Pl. *mordero*

præmorior, reris, vel rere, mortuus ſum, mori. Ov. *Morire avanti, o prima d'un altro.*

Præmunio, is, ivi, tum, nire, præfulcio, præparo, Cic. *fortificare un luogo, prima che vi venga il nemico.* Attribuitur rebus incorporeis, & ſignificat preparare. *Apparecchiare alcuna coſa avanti.* C. pro Cælio.

præmunitio, onis, f. g. Verb. præparatio, C. *Munizione.*

† præmunitus, a, um, valde munitus, vallatus, fortitudine precinctus, *guarnito d'intorno, aſſai bene cuſtodito.*

prænarro, as, are, Ter. *Narrare prima.*

prænato, as, are, Plin. *Nuotare avanti.* Item præterfluere. *Bagnare, paſſare.* Virg. 5. Æn. lethæumque domos placidas qui prænatat amnem.

prænavigo, as, are, Pl. *Navigare avanti.*

prænimis, Adv. Gel. *Molto, troppo.*

præniteo, tes, tui, tere, Plin. *Lampeggiar molto.*

prænomen, nis, n. g. Cic. *Nome proprio di ciaſcuno, avanti il cognome, come Giovanni, Antonio.*

prænoſco, is, vi, tum, noſcere, præſentio, Cic. *Conoſcere avanti.*

prænotio, nis, f. g. Verb. prima notio, C. *conoſcimento, che ſi prende di qualche coſa, prima che ſe ne abbia da parlare.*

prænubilus, la, lum, Adject. Ovid. *molto nuvoloſo, oſcuro.*

prænuncio, as, avi, atum, præmonſtro, prædico, Ter. *Annonciare prima.*

prænuncius, a, um, Cic. *Chi annoncia una coſa a venire.* Hirundo prænuncia veris, Ovid. 2. Faſt. *La Rondine, che annoncia la Primavera.*

præoccido, dis, di, ſum, cidere, ante occido, Pl. *Ammazzare avanti.*

præoccupo, as, vi, tum, pare. Anteverto anteoccupo, Cæſ. *Prevenire, anticipare.* præoccupare partes alterius, Ci. *Far quello, che un'altro doveva fare.*

præopto, as, vi, tum, tare, Ter. *Amare, e bramare una coſa meglio, che un'altra.*

præpando, is, di, ſum, dere. Aperio, & pando, Pl. *Stendere avanti.*

præparcus, a, um, Plin. *Forte ſcarſo.*

præparo, as, avi, tum, parare. Premunio, præfulcio, Cic. *preparare, apparecchiare.* Præparare hyemi cibos, Pli. *Far proviſione per l'Inverno.*

¶ prænavigatio, nis, verbale, Plin. l. 6. c. 13. A Gorgonum inſulis prenavigatione Atlantis dierum quadraginta, &c.

¶ præneſte, g. n. Vulgo *Paleſtrina.*

¶ prenobilis, admodum nobilis, Apulejus l. 8. Juvenis natalibus prænobilis.

¶ prænoto, ex præ, & noto, ante noto, inſcribo. Noto vero frequentativum eſt a noſco.

¶ præparatura, idem, quod præparatio, Tertul.

præparatus, a, um, partic. C. de Inv. pœnæ apud inferos ſunt impiis præparatæ. *Apparecchiato, preparato.*

præparatus, tus, m. g. Verb. idem quod præparatio. *Apparecchio, apparecchiamento.* Gell.

præparatio, nis, f. g. Verb. Quint. *preparazione, apparecchio.*

præparato, Adv. Quint. *con preparazione, e apparecchio.*

præpedio, pedis, pedivi, tum, pedire, Ter. *Impedire.*

præpedimentum, i, n. g. Pl. *impedimento.*

præpeditus, a, um. Impeditus, irretitus, Cic. *Impedito, intricato, oppreſſo.* Præpeditus morbo, Cic. *Oppreſſo, travagliato dalla malattia.*

præpendeo, es, di, ſum, dere, Propert. *pender avanti.*

præpes, hujus præpetis, Adject. Celer, citus, C. *Scielto, leggero, preſto, veloce.* Aves dicebantur præpetes ab auguribus, fauſtæ, opportunæ, quæ bonum daturæ erant omen, *Uccelli fortunati.*

præpeto, tis, a peto, ideſt eo, unde præpetere eſt anteire, ex Feſto. *Andare innanzi.*

præpilatus, a, um. Pl. *Molto acuto in punta.* Haſtæ præpilatæ, ideſt præferratæ, cuſpides ferreas habentes, Pl. *Lancia pontuta.* (*ſo-*

præpinguis, & hoc gue, Col. *molto graſ-*

præpolleo, es, ui, ere, Liv. *Aver grande, e più poſſanza, ch' un' altro.*

præpondero, as, vi, tum, are, Gel. *Peſar più.* Quint. *Eſſer di maggiore ſtima.*

præpono, is, ſui, ſitum, nere, Antepono, præfero, antefero, præficio. *Metter avanti.* Plaut. *preferire, ſtimare più.* præponere aliquem negotio, C. *Dare ad alcuno qualche carico.*

† præpoſitio, nis, antedictum, verbum antepoſitum, *prepoſizione, parola, o voce poſta avanti.* Ita dicta, quia verbis, & cæteris orationis partibus ſemper præponitur: aliquando conjuncte, cum copulatur vocibus, aliquando ſeparate, cum propriam ſervat ſignificationem.

præpoſitus, ta, tum, participium a præponor, præponeris, Cic. *poſto avanti, preferito, colui, a chi abbiamo dato qualche carico.*

præporto, as, are, præfero. Cic. *portare avanti, dimoſtrare alcuna coſa nella faccia, come ſi dice,* Præ ſe ferre iracundiam, *Moſtrare d'eſſer in collera.*

præpoſſum, potes, Potui, poſſe, Tac. *Eſſer più poſſente.*

præpoſterus, a, um, perverſus, Cic. *Chi fa alla riveſcia di quello, che dee.* præpoſterus ordo Luca. *Ordine alla riveſcia.* Libido præpoſtera, *Sodomia.* Tabellarius præpoſterus, Cic. *Corriero ſtraordinario.*

præpoſtere, Adverb. perverſe, perperam, Cic. *Alla riveſcia.*

præpotens, hujus potentis, Adject. Omnipotens, C. *potentiſſimo.*

præproperus, a, um, nimis celer, præmaturus, C. *Molto frettoloſo.*

præpropere, adv. Nimis celeriter, Liv. *Troppo preſtamente.*

præputium, ii, n. g. Juv. *pelle nella punta del membro virile.*

præradio, dias, diare, Ovid. *Mandare gran luce, e chiarezza.*

prærado, dis, ſi, raſum, idem, quod rado abrado, Cato. *Radere.*

prærancidus, da, dum, valde rancidus, & per tranſlationem pro exoleto, inſuavi, ingrato, Gel. *Rancio, marcio, ſpiacevole.* Ut aſpectus alicujus prærancidus dicitur, cum eſt auſterus. *Volto auſtero.*

prærapidus, a, um, adjectivum, ut fuga prærapida. Sil. *Velociſſimo.*

† prærideo, es, ſi, ſum, irrideo, colludo, jocor. *Ridere, ſcherzare, burlare.*

prærìpio, pis, pui, ptum, pere, præcerpo, antefero, C. *Rapire a ſe, portar via.* prœripere viaticum alicui, Cic. *Togliere ad alcuno la vettovaglia.*

prærodo, is, ſi, ſum, dere, Col. *Rodere tutto affatto.*

prærogo, as, avi, atum, gare, *dimandar con preghi.* Ulp. *Pagar prima, che ſia il termine.*

prærogativa, gativæ, f. g. Tamquam ſpecimen, quaſi præjudicium, *prerogativa, avvantaggio.*

prærogativus, a, um, ut prærogativa tribus, aut centuria, quæ primo de ſententia rogabatur, unde ortum eſt, ut prærogativa nunc dicatur excellentia, qua aliquis alium ſuperat, Livius, *Che ha qualche prerogativa ſopra un altro.*

prærumpo, is, rupi, ruptum, rumpere. Ov. *Romper prima.*

præruptus, a, um Virg. *Rotto.* Col. *Luogo difficile da montarvi, inacceſſibile.*

prærupte, Adv. ut prærupte mons altus, Plin. *Montagna di tale altezza, che non vi ſi può montare.*

præs, hujus prædis, m. g. Cic. *Chi fa ſicurtà ad alcuno.*

præſagio, is, vi, tum, ire, præſentio, *penſare le coſe a venire, indovinare.* Ab inuſitato verbo, ſagire, quod olim ſignificabat, acute ſapere, & cognoſcere aliquid.

præſagium, i, n. g. Col. *Eſſo indovinare.*

præſagitio, nis, f. g. Ver. Cic. Idem.

præſagus, a, um, Cla. *chi indovina le coſe future, e chi ſi ſente in cuore quello, che dee accadere.* Mens præſaga mali, Virg. *che predice il male da venire a ſe.*

præſano, nas, Pl. *Sanare, guarire prima.*

præſanatus, a, um. Adject. Plin. *Sanato per il paſſato.*

præſanaſco, is, ſcere. Pl. *Guarir prima.*

præ ſcateo, es, a ſimplici ſcateo, idem ſignificans, quod ſcateo, abundo, redundo, Gellius. *Abbondare.*

præſcientia, actio præſcientis, futurorum notitia.

præſcio, is, ſcivi, ſcitum, ſcire. Ter. *Sapere avanti.*

præſciſco, is, ſcere, Idem, Liv.

præſcita, orum. Pli. *Divinazione, che predice le coſe a venire, pronoſtichi.*

preſcius, a, um, adject. ut preſcia venturi vates, Virg. *Chi ſa le coſe future.*

præſcribo, is, pſi, ptum, bere, Definio, præfinio, præſtituo, voce præeo, Cic. *Scrivere ad alcuno quello, che gli conviene ſapere, dargli avviſo come ſi dee governare, comandare, ordinare, dar regola.* Præſcribere finem rei alicui, Ter. *Limitare, aſſegnar certi confini.*

præſcriptio, is, f. g. Vide præſcriptum.

præſcriptum, i, n. g. Decretum, præſcriptio, norma, regula, certa quædam, & definita lex, Cic. *ordinazione, regola, comandamento.*

† præſcriptus, ta, tum, ordinatus, definitus, particip. a præſcribo, *preſcritto, ſtatuito.*

præſeco, as, vi, ctum, ſecare, Col. *Tagliare, ſegare avanti.*

præſegmen, is, Plin. *Coſa tagliata via.*

præſens, hujus præſentis, Adject. arbiter, teſtis, inſpectans, inſtans Plaut. *preſente, potente, efficace a far alcuna coſa, forte, favorevole.* Ut periculum præſens, *Sopraſtante.* Deus præſens, ideſt propitius, Virg. *Dio favorevole, benigno.* In præſens, in præſentia, & impreſentiarum. *Al preſente, adeſſo, mo mo.*

præſens animus, Cicc. *Cuore ardito, e valoroſo, che non ſi ſmarriſce punto.*

preſens medicina, Col. *Medicina efficace a guarire ſubitamente.*

præſentia, tiæ, conſpectus, aſpectus, Cic. Ter. *preſenza.* In preſentia. Ter. Cic. *Al preſente.*

preſentaneus, a, um, Sen. quod ſubito operatur, ut remedium, aut venenum præſentaneum, *Che opera ſubito*, Pli.

præſentarius, a, um, quod eſt preſens, Pl. *preſente.*

preſentio, tis, ſi, ſum, tire, precognoſco futura, ante ſentio, præſagio, cogitatione præcipio, Cic. Plaut. *Sentire, e odorare prima, dubitare di qualche coſa.*

præſentiens, part. vel nomen ex partic. C. *Chi ha preveduto, e conoſciuto.*

præſenſio, Verbale, Cic. *Eſſo conoſcere prima.*

præſento, as, are, Quint. *preſentare.*

præſepe, n. g. Virg. *Mangiatoja, ſtalla d'animali, caſa, abitazione appreſſo Orazio*

præſepium, pii, n. g. Apul. *Siepe, che circonda la ſtalla.*

præſepia, æ, f. g. apud Varr. de re ruſt. l. 8. ex Nonio, idem, quod præſe pe, & præſepium. *Stalla d'animali.*

præſepelio, lis, livi, litum, lire, Quint. *Seppellir prima.*

¶ præſepis, idem quod præſepe.

¶ præſepultus, partic. a præſepelio, Quint. declam. 9. Video ſenem meliore ſui parte præſepultum.

præſepio, pis, vi, tum, Cæſ. *Circondare di ſiepe, e chiudere d'intorno.*

præſero, ris, ſevi, tum, rere, Col. *Seminare avanti.*

præſertim, adverb. præcipue, maxime, Col. *principalmente, ſpecialmente.*

præſervio, vis, vivi, vitum, vire, Plaut. *Far ſervizio ad alcuno, ajutarlo.*

præſes, dis, m. g. cuſtos, judex, antiſtes, C. *Luogotenente di Re in una Provincia*, Liv. *Chi ajuta, e ſoccorre*, præſes locus, Plaut. *Luogo di ſicurezza.*

præſideo, deis, di, ſeſſum, ſidere, cuſtos ſum, præſes, Cic. *Aver la guardia di qualche luogo, di qualche gente.* præſidere rebus urbanis, Cæſ. *Aver il governo della Città.*

præſideratio, nis, f. ge. quaſi verbale a verbo, quod non eſt in uſu, præſidero, eſt autem preſideratio, cum hibernum tempus maturius, quam anni tempus patitur, advenit. Feſtus. *Quando viene l'Inverno all'improvviſo o avanti il tempo.*

præſidium, dii, n. g. Statio, comitatus, cuſtodia, auxilium, Cic. Cæſ. *Guardia, guarnigione, che ſi mette in una città.* præſidium agere, Tac. *Star in guarnigione.* præſidium gerere, Plin. *Dare ajuto.*

præſidiarius, a, um, Adject. ut præſidiarii milites, Liv. *Gente di arme in guarnigione.*

præſignifico, cas, care, prænúntio, Cic. *Moſtrare per ſegno qualche coſa.*

præſignis, & hoc ſigne, Ovid. *molto eccellente, degno.*

præſigno, as, are, Pli. *Segnare prima.*

præſilio, lis, lui, ſultum, lire, Plau. *Saltare avanti.*

præſpargo, gis, gere, Lucr. *Spargere avanti.*

præſtabilis, & hoc bile, preſtans, C. *Eccellente.*

præſtans, tis, excellens, præſtabilis, egregius, eximius, habens præſtantiam. *Eccellente, degno.*

† præſtanter, adverb. excellenter, digne, *Eccellentemente, degnamente.*

præſtantia, iæ, f. g. Excellentia, Cic. *Dignità, eccellenza.*

præſtat, bat, ſtitit, ſtare. Imperſonale. conducit, melius eſt, Cic. *è meglio.*

præſtega, gæ, Pla. *Luogo coperto da ritirarſi per ragionare.*

præſterno, nis, ſtravi, ſtratum, ſternere, Stat. *preparare.*

preſtes, itis, co. ge. præſes, antiſtes, *preſidente.* Præſtites autem etiam dicuntur lares, quod omnia in ædibus præſtarent, ideſt, conſervarent, Ov. 5. Met. *Gli dei domeſtici della caſa.*

præſtigiator, is, m. g. Plaut. *Giuocoliere, e maeſtro di bagattelle.*

¶ præſidatus, us, dignitas, Vopiſcus in Carino, Tunc autem præſidatum Dalmatiæ adminiſtrabat.

præſtigiatrix, is, f. g. *Maeſtra di bagattelle, giuocoliera.*

præſtigiæ, arum, f. g. pl. num. Cic. *Incanteſimo, inganni di giuocolieri, che fanno parere una coſa, che non è.*

præſtigia, orum, ne. g. pro eodem apud C. *Inganno de' giuocolieri.*

præſtino, nas, navi, antiquis idem erat, quod emere, alii ſcribunt ſine diphthongo, Plaut. *comprare*

præſtituo, tuis, tui, tutum, tuere, præfinio, præſcribo, dico. *Ordinare, aſſegnare, determinare.*

preſto, nomen Adjectivum indeclin. paratus, promptus, in promptu, Cic. Plaut. *preſente, pronto.* præſto eſt, Ter. *Egli è qua.* preſto eſſe alicui, Cic. *Eſſer preſente ad alcuno.*

præſto, as, ti, tum, & ſtatum, tare, excello, antecello, præcurro, ſupero, item perficio, efficio, & polliceor. Date præſtare amorem, Ovid. *moſtrarſi amico, farſi amico.* Præſtare alicui officium, Cic. *Fare il ſuo debito con alcuno.* preſtare ſe incolumem, C. *mantenerſi ſano.* præſtat ingenio alius alium, Quin. *Un'ha migliore ingegno, che un' altro.* ſignificat præterea præſto, exhibere, præbere, *compire, fare, giovare, provedere, moſtrare, eſſere, menare, uſar diligenza.* Sed ſupra alia ſunt obſervanda iſta olim apud C. nunc vero frequentiſſima apud juriſconſultos, qui dicunt, preſtare rem aliquam, culpam alienam, noxam, dolum, aut ejuſmodi, eſtque promittere, ſeu in ſe recipere, ne quid mali eveniat ex aliqua re, & ſi evenerit, ſe refecturum, quod formulares, & ſcribæ barbare dicunt in nonnullis locis varrontizare. ideſt ſecurum reddere, præſtare, operam, diligentiam, fidem, *uſar diligenza*

preſtolor, laris, vel lare, latus ſum, latum, lari, verbum deponens, Expecto, Cic. & Ver. *Aſpettare.*

preſtringo, gis, xi, ctum, gere, ſtringo, item hebeto, fallo, Cice. *chiuder forte, ſtringere, conſtringere gli altrui occhi, offuſcare.*

preſtruo, truis, xi, ctum, ſtruere, Col. *Edificare avanti.*

perſudo, das, dare, Stat. *Sudare avanti.*

preſul, is, m. g. *prelato, principale nel governo delle coſe divine.*

† preſulatus, tus, m. g. dignitas ipſa preſulis, *Dignità di prelato.*

preſulto, as, are, Liv. *menar la danza.*

præſultor, ris, m. g. Cic. *colui, che mena la danza.*

præſulſus, adject. Col. *molto ſalſo.*

preſum, prees, fui, eſſe, preſideo, prepoſitus ſum, prefectus ſum, Cic. *Aver carico di qualche coſa.* preeſſe provincie, Cicer. *Eſſer Governatore, e Reggente di una Provincia.*

pæſumo, ſumis, ſumpſi, ſuptum, ſumere, Pl. *prendere avanti.* preſumere gaudium, Plin. Juv. *Rallegrarſi di coſa a venire.* preſumere animo eſt preſagire id, quod futurum eſt. *indovinare, immaginarſi quello, che ha da venire.*

¶ preſumptus, a, um, participium. *Preſo avanti.*

¶ Præſumptuoſus, preſumptionis plenus, audax, impudens. Ver. Voc.

preſumptio, onis, f. g. Verb. Plin. Jun. *proſonzione, anticipazione.*

preſuo, ſuis, ſui, ſutum, ſuere, Pli. *cucire avanti.*

† præſurgo, gis, exi, ectum, anteſurgo. *Levar innanzi alcuno.*

Prætego, tegis, texi, tectum, tegere, Plin. Jun. *coprire*.

prætendo, is, di, tensum, & tentum, tendere, præfero, Cic. *Vendere avanti, anteporre, allegare*, ut prætendere excusationem, *Allegare qualche cosa per iscusa*. Lact. prætendere sæpem segeti Vir. *Far la siepe ad un campo di biade*.

prætener, a, um, Plin. *Tenerissimo*.

prætento, tas, tavi, tatum, tare, Plin. *Tastare, assaggiare*.

prætentatus, hujus prætentatus, m.g. Verb. Pl. *Tastamento, assaggiamento*.

prætenuis, & hoc tenue, Plin. *Assai debole, e sottile*.

prætepeo, pes, pui, pere, Ovid. *Esser prima tepido*.

præter, prępositio serviens accusativo casui, Extra, citra, ante, Cic. *Eccetto, fuorchè*. pręter oculos, Cic. *Avanti gli occhi*. pręter ęquum, Ter. *contra ragione, ed equità*. pręter modum, Cic. *Oltre misura*. pręter spem, *Fuor di speranza*.

pręterago, gis, gere, Hor. *Menare, o far passare oltra*.

pręterbito, as, avi, quasi pręterito, interposita litera b, ac si esset frequentativum a prętereo, Pli. *passare per alcun luogo*.

¶ pręterduco, is, xi, pręterductum, ducere, Ante duco, *Menar oltra*.

pręterea, adv. Etiam, insuper, Cic. *Oltra di questo*.

prętereo, is, rivi, vel rii, tum, rire, Omitto, missum facio, prætermitto, relinquo, rejicio, Cic. *passare oltre, appresso, o avanti qualche cosa*. pręteriit dies, Ter. *Il giorno è passato*. pręterire aliquid, Ter. *passare qualche cosa senza far motto*. Pręterire silentio, Cic. *Tacere di qualche cosa*. prętereo item est excello, antecello, supero. *Superare*. hęc res me pręterit, fugit, latet. *Questo non so io*.

prętereundus, a, um, omittendus, Cic.

pręterequito, tas, tare, Liv. *passar davanti a cavallo*.

pręterferor, reris, latus sum, ferri, Liv. *Esser portato oltre*.

pręterfluo, is, xi, xum, ere, Elabor, prętergredior, Cic. *Scorrere, o passar oltra, o avanti qualche luogo*.

prętergo, gis, tersi, tersum, tergere. Luc. *Toccar leggermente passando*.

prętergredior, ris, vel gredere, gressus sum, gressum, gredi, pręter labor. Cic. *passare oltra*.

pręteritus, a, um, Transactus, ante actus, Cic. *chi è passato*.

pręteriens, euntis, Adj. Transiens, C. *che passa oltra*.

pręterlabor, ris, vel labere, lapsus sum, lapsum, labi, Verbum deponens, prętervolo, effluo, Cic. *colare, passare oltra*.

prętermitto, tis, si, sum, tere, prętereo, relinquo, remitto, negligo, C. & Ter. *Lasciare di fare, o dire qualche cosa*. prętermittere scelus, Cic. *Lasciare di fare una scelleraggine*.

prętermissio, nis, f. ge. Verb. Cicer. *Tralasciamento*.

preternavigo, as, avi, atum, are, *Navigare oltra, e vicino*.

præter navigatio, verbale. *Navigazi ne oltra*.

prætero, is, ivi, itum, rere, ut præterere dentes, pli. *Logorare i denti primi*.

præter propter, dictio composita apud Ennium significans aliquid fieri propter aliam causam, quam quæ dicta est ante, ut cum dixit Ennius, præter propter vitam vivitur, sensus est, alius est finis vitæ propter quem vivimus, quam ipsa vita, utpote laus, gloria. Nonnulli recentiores hac voce nuperrime usi sunt, cum dicunt, præter propter laudem vivitur, præter propter divitias vivimus, aut similia, Gellius. *Per un' altra causa, che quella, che è stata detta*.

præterquamquod, Pl. Sen. *Senza che*.

præterquam, adv. Nisi. Cic. *Eccetto che, fuori che, se non, salvo che*.

præterrado, radis, rasi, rasum, radere, *Radere passando*.

præterveho, his, vexi, vectum, vehere, Cic. *portare, e passare ultra*.

prætervectio, nis, f. g. Vectio, Cic. *Esso portare, e passare oltra*.

præterverto, tis, verti, tere, C. *metter una cosa contra all' altra*.

prætervolo, as, avi, tum, re, præterfluo, C. *Passare velocemente, senza fermarsi*.

prætexo, xis, xui, textum, texere, conflo, creo, constituo. Auson. *Coprire l' orlo*. Pli. *Metter termine*. Virg. *colorare, fare una coperta, fare scusa*.

¶ prætextatus, peculiare Papirii nomen.

prætextus, textus, m. g. Mart. *coloramento, ombreggiamento, coperta, scusa*.

prætexta, tæ, subst. sive prætexta toga, Cic. *Veste lunga, listata d' intorno di porpora, la quale portavano i figliuoli de' Romani senatori, fino agli anni dieci sette, e la portano ancora i Senatori*.

prætextatus, a, um, adject. Cic. *Vestito di tali vesti lunghe*.

pretextum, ti, n. g. apud Suetonium, pro eodem, quod prætextus, idest motivum, quo fingimus nos motos fuisse ad aliquid peragendum. *Pretesto, scusa d' alcuno*.

prætimeo, mes, mui, mere, Plaut. *Aver gran timore*.

† prætimesco, scis, ui, prætimeo, summo quatior horrore. *Aver timore, entrar in grande spavento*.

† prætingo, is, i, actum. Antevenio, ante tango. *Giungere, toccar avanti*. prętingere urbem, domum, &c.

¶ prætondeo, ab anteriore parte tondeo, Ap.

prętor, ris, Qui cum imperio est, C. *podestà*.

† prætorium jus, *Potere, o dominio del Podestà*.

prætorius, a, um. Adject. ut prætoria cohors. Cic. *Uffizio del Podestà, mentre sta nella provincia*. Præsidia prætoria, *Guardia de' Soldati intorno la persona di un Principe, o Re*.

pretorium, rii, Domus prætoria, Tabernaculum prætoris, Cic. *Stanza, palagio del Podestà*.

¶ prætoriolum, parvum prætorium.

prætorianus, a, um, Adject. ut prætorianis milites, Pli. *Gente alla guardia del Re, o dell' Imperatore*.

¶ prætoritius, a, um, aliud adjectivum, prætorius, Mart.

prætura, ræ, f. g. prætoris munus, Cic. & Pla. *Uffizio del podestà, podestaria*.

prætortus, a, um, Adj. Col. *molto torto*.

prætrepidans, part. Cat. *Tremante di paura, svanito, perduto*.

prætrunco, as, care, Planc. *Tagliare prima, troncare*.

prævaleo, es, ui, ere, Pl. *Prevalere, esser di maggiore stima, esser più forte*.

prævalesco, scis, Col, *Divenir forte, gagliardo, vigoroso*.

prævalidus, a, um, Liv. *Forte, potente*.

prævalide, Adv. Plin. *possentemente*.

prævaricor, aris, vel care, catus sum, catum, cari. Verb. Depon. colludo, Cic. Pla. *Far sembiante di fare una cosa, e fare il contrario*. non exprimit auctor, quid proprie sit prævaricari: nam prævaricari, antequam translatum esset ad res forenses, significabat errare, aut deflectere a præscripto officio: postea vero causidici, & advocati causarum dicebantur prævaricari causæ, cum pecuniam ab adversa parte recipiebant, & sinebant clientem cadere causa; ut cum dixit Cic. de Arusp. Resp. a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. hinc facile est cognoscere, quid si prævaricator.

prævaricator, ris, m. g. Verb. accusator, reus pecunia corrumpens judicium, Cic. *prevaricatore*.

prævaricatio, nis, fœ. g. Plin. *Fallo, errore, prevaricazione*.

¶ prævarus, a, um, qui admodum est varus, An. in Flor. Venarum pulsus inconditus & prævarus.

præveho, is, xi, ctum, here, unde prævectus, Liv. *portare avanti*.

prævectus, ta, tum, apud Livium, & Sillium. Ital. *portato avanti*.

¶ prævello, is, per duplex, ll, ante vello.

prævelo, las, lare, Cla. *Velare avanti. coprire*.

prævelox, cis, m. g. Plin. *Molto veloce*.

prævenio, nis, ni, tum, nire, præripio, antefero, C. Liv. *Venire avanti, prevenire*.

præventus, Tac. *prevenuto*.

¶ præverbium, quod verbo præponitur.

præverto, tis, ti, sum, tere, Anteverto, prævenio, Cic. Vir. *Andare avanti in qualche luogo, occupare*. prævertere nefas morte, Sen. *Uccidersi più tosto, che commettere una scelleraggine*.

prævero, as, tui, titum, tare, Sil. *proibire prima di fare qualche cosa*.

prævideo, des, di, dere, prospicio, præcaveo, animo prospicio, cogitatione præcipio, præsentio, C. *Antivedere, prevedere, veder prima*.

prævisus, part. Ovid. *preveduto*.

prævitio, as, avi, ante vitio, corrumpo; Ovi. Met. *Corrompere avanti, viziare*.

prævincio, is, vinxi, vinctum, præligo, Gell. *Legare, congiungere*.

prævius, via, vium, Ovid. *Che va avanti*. A Cicerone Lucifer dicitur prævius auroræ, quia Solem ad Auroram an-

antecedit. *La stella della mattina, che va avanti al Sole*.

præumbro, bras, brare, Tac. *oscurare, empire di tenebre*.

prævolo, las, lare, Pl. *volare avanti*.

præuro, uris, ussi, ustum, urere, Pla. *Arder fieramente*.

præustus, ta, tum, Liv. *Brustolato nella punta*.

pragmaticus, Cic. m. g. Expertus, in agendo versatus, C. Quin. *Ben pratico, esperto nelle operazioni, sollecitatore di cause*.

prandeo, des, di, & sus sum, dere, C. *Desinare*.

prandiculum, li, n. g. Festus, *Il fare collazione*.

prandium, dii, n. g. C. *Il desinare*.

prandiolum, li, n. g. Di. *picciolo desinare*.

prandito, tas, tavi, frequentativum a prandeo, apud Pla. *Desinare*.

pranior, ris, m. g Verb. Pla. *Chi desina, o invita a desinare*.

pransus, sa, sum, Hor. *Chi ha desinato*.

prasinus na, num, Color viridis ad similitudinem porri, Mart. & Pl. *Color verde, o di cipolle*.

prasius, ii, m. g. gemma viridis coloris. Pl. l. 37. c. 8. *Gemma verde*.

prasoides, gemma ex genere topaziorum. Pl. l. 37. c. 8. *Gemma verde, ovvero sorte di topazio*.

pratum, ti, n. g. Cic. Ovid. *prato*. & solet capi pro viridario.

pratulum, li, n. g. Dim. Cic. de Clar. Orat. *picciol prato, praticello*.

pratensis, & hoc tense, Col. *Di prato*.

pravus, va, vum, perversus, Cic. & Ter. *Malvagio, cattivo*. & valet idem, quod distortum, Ter. *Torto*.

pravitenax, Virg. *perseverante, e ostinato nella sua malvagità*.

pravitas, tis, f. g. vitium, perversitas, deformitas, C. 4. Acad. *Malvagità, malizia*. Col. *Tortuosità*.

¶ praxapostolus, liber Actuum Apostol. D. Lucæ L. g. b.

praxagoras, nobilis medicus fuit, cujus aliquoties meminit Plin.

prave, Adv. Turpiter, male, C. 2. de fin. *Malvagiamente, perversamente*.

preciæ uvæ, Vir. *Grappo d' uva matura prima, che l' altre*.

preces, cum, cibus. f. g. plu. nu. Rogatio, precatio, obsecratio, obtestatio, execratio, C. de Inv. *preghi*. precibus manus dare. Ovid. *Esser vinto con preghi*.

precatio, onis, f. g. Rogatio, preces, C. pro Muræna. *Preghiera*.

† precario dominica qua Christus dominus oravit. *Il Pater noster*. precatio Angelica, qua Angelus alloquutus est Mariam. *L' Ave Maria*.

precator, ris, m. g. Virg. Ter. *Chi prega*.

precarius, ria, rium, Ulp. *Cosa prestata con obbligo di renderla a volontà del prestatore*. Brutus ad C. *Dato per preghi, supplichevole*. imperium precarium est, cum quis ita accepit, ut tamen dependeat illius ablatio ab eis, qui dederunt. Sic vitam precariam ducere dicitur is, cujus vita ab aliquo dependet, ut cum quis captus est a furibus.

precario, Adv. prece, vel precibus, Cic. & Paul. Jureconsf. *per preghi, per importunità*. tenere aliquid precario, ut vitam precario degere dicuntur, quorum vivere penes alios est, & non est in sua potestate se liberare, sicut si quis captus a latronibus inter eos degeret, possentque illum, cum volunt, necare. *Vivere, o aver la vita sua in mano d' altri*.

precor, ris, catus sum, catum, cari, precibus peto, preces adhibeo, peto, quæso, deprecor, C. *Pregare*. male precari alicui, C. in Pisonem. *Maledire alcuno*. precari cum dativo significat optare, cum accusativo orare, ut bene precari filio discedenti, *Desidare, che Dio lo prosperi, e li dia buon viaggio*.

prehendo, dis, di, sum, hendere, C. *prendere*. prehendere dextram, C. pro Qu. & Ov. *prendere per la mano*.

prehensus, sive prensus, ut prehensus manifesto furto, Gell. *Trovato su la colpa, o misfatto*.

prehenso, sas, sare, sive prenso, sas, sare, Frequ. prehendo, prenso, ambio. Cic. *Far broglio, o pratica*. vide prenso.

prelum, li, n. g. Virg. *Pressoro, trave da premere, torchio, torcolajo, strettojo*. prelo librum mandare, committere in lucem, mittere in lucem, edere, typis mandare, *Far stampare un libro*.

premo, mis, ssi, ssum, mere. Urgeo, C. & Pla. *Premere, calcare, follare, chiudere*. premi angustiis, Cæs. *Esser oppresso da angustie*. premere oculos, Virg. *fermare gli occhi*. premere dolorem corde, Virg. 1. Æn. *Nascondere il dolore nel cuore*. premere uxorem alicujus, i, violare, facta premunt annos, i. superant. Premere præterea hæc omnia significat, *Opporsi, offendere, cavare, seguitare, spingere, nascondere, cacciare, frenare, violare far forza, rimovere guastare, ammazzare, piantare trattenere, riprendere, superare*.

prendo, dis, di, sum, dere, C. *prendere*. & dicitur prehendo.

presbyter, hujus ri, m. g. Græce, Latine dicitur Senior. *Prete, vegliardo, di grand' età*.

presse. Adj. Breviter, C. 1. Offic. & Quint. *Brevemente, sensa superfluità. senza stravaganza*.

presso, sas, savi, satum, sare. Freq. a premo, mis, Vir. *premere sovente*.

pressorius, ria, rium, ut pressorium vas. *Instrumento da premere*.

pressura, ræ, f. g. Pl. *esso premere, o stringere*.

pressus, sa, sum, Vir. C. Col. *premuto, stretto, calcato, caricato, e breve*. Quin. *cosa, che non ha niente di soverchio*.

pressus, sus, m. g. Verb. a premo, mis, compressio, C. l. 2. de Or. *esso premere*.

¶ pretiositas, conditio ejus, quod est pretiosum, valor, Apul.

prester, is, m. g. *Serpente detto ancor* Dipsas, Luc. l. 6. Pl. l. 2. c. 43. est etiam prester cęlestis flammæ genus, quæ, quicquid attingit, comburit, & proterit, Pl. l. 2. c. 48. *Un sorte di saetta, o fuoco del Cielo, il quale brucia ogni cosa che tocca*.

pretium, tii, n. g. Merces, præmium, C. Virg. 3. Æn Ter. *prezzo, che si dà per cosa comprata, o per fitto, o salario, pregio, valuta*.

pretiosus, sa, sum, Cic. & Pla. *prezioso, di sommo prezzo, o prezio ottimo, buonissimo*.

pretiose, Adv. Eleganter, artificiose, C. de Inv. *Riccamente, preziosamente*.

pretiosior, oris, ditior, dignior, comp. a pretiosus, *Di maggior prezzo, più ricco, dovizioso, prezioso*. & sup. pretiosissimus, ma, mum, *Doviziosissimo*. & Adverbia ex his derivantur, pretiosius, *più preziosamente*. & pretiosissime.

priamus, mi, m. g. *Priamo Re di Troja, e dell' Asia, Figliuolo di Laomedonte*.

priapus pi, m. g. Horat. 1. Sermon. Sat. 3. *Il Dio de gli orti, pigliasi anco per il membro virile, d' onde* priapeia carmina *sono versi inonesti, e sporchi, scritti di cose inoneste*.

pridem, Adv. Dudum, Cic. Pl. *Già lungo tempo, già tempo ha, già buona pezza di tempo*.

pridie, Adv. Ante hunc diem, Cic. *il giorno avanti, il dì innanzi*.

pridianus, na, num, Tranquil. *Del giorno avanti*.

pridia Fluvius. *La Paglia fiume, ne' nomi antichi, e moderni*.

Primæ, arum, idest partes primæ, vel primus in re aliqua locus: unde primas alicui dare, concedere, & primas obtinere, ferre, tenere, aut aliquid ejusmodi. *Esser primo in alcuna cosa, o luogo*. primæ igitur partes significant præcellentiam, aut prærogativam in loco *le prime parti, il primo luogo avanti gli altri*. attribuitur aliis rebus, ut primas in philosophia ferre. *Esser il primo nella Filosofia, il più dotto aver il primo luogo, ed esser più grande in fama*.

primani, primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum secundani secundæ, tertiani tertiæ, Tacit.

primævus, a, um, Virg. 9. Æn. *Giovane di prima età*.

primarius, ria, rium, princeps, primus, C. & Ter. *principale, e più eccellente primiero, nobile, primario*.

primates, tum, tibus, m. g. plur. num. Optimates *Principali della Città, che ne hanno il governo, primati, ottimati*.

primatus, tus, m. g. Pl. *Principato, primo luogo, eccellenza*.

primipara, rę, f. g. Pl. l. 8. c. 40. *Quella, che la prima volta partorisce, di primo parto*.

¶ primipeta, primum locum petens. Gl. Isid.

primipilus, li, Veget. Liv. l. 3. *Capitano della prima banda*.

primipilaris, Quint. *chi è tale Capitano*.

primiter, } Adv Lucil. Var. *primieramente, primamente*.
primitus, }

primitiæ, tiarum, f. g. plur. num. primi ex agro suscepti fructus, Pl. *primizie de' frutti, che si offeriscono a Dio*. primitias Cereri, & diis offerre, libare, sacrare. *Offerire le primizie de' frutti agli Dei*.

primitius, a, um, *primo, primiero*. Ov. 12. Met.

primitivus, va, vum, *primitivo*. Unde dicuntur verba primitiva, quę ita prima sunt, ut alia ex se forment. Lego perlego, legito, & alia. Sic pariter pronomina, quæ alia proferunt a se, ut ex ego, meus, tu, tuus, & cætera.

primogenitus, ta, tum, Pl. l. 11. c. 4. *Primogenito*.

primo, adv. Ante omnia, Ter. *principalmente, primieramente*.

primodum, adv. primo, Plaut. in Capt. *Primieramente*.

primordium, dii, n. g. principium, Cic. in Partit. *Cominciamento, principio*.

primores, um, Adject. C. ut nates primores, digiti primores, ungues primores, *La sommità d' ogni punta, l' estremo d' alcuna cosa*. ut primoribus labris aliquid degustare, idest leviter rem attingere, sicco pede prætetire, per transennam intueri. *Toccare, o trattare alcuna cosa leggermente*. Primores dentes, *Denti d' avanti*.

† primoribus labiis aliquid attingere, *Gustare alcuna cosa con la punta, ò estremità delle labbra*. Unde eleganter dicitur de eo, qui minus perite callet aliquam scientiam.

primores, um, m. g. Subst. pl. n. Accusativum tamen singul. Gellius, & Cato protulere. *Gentil' uomo, nobile*, Hor.

primus, ma, mum, princeps, primarius, C. & Ter. *primo, principale, di più stima*. primo accessu, Liv. *Di prima giunta*. prima luce, Cæl. *Nel far del giorno*. primo aspectu, *a prima faccia*. Liv.

primum, adv. initio, C. & Ter. *principalmente, primieramente, da principio*.

princeps, pis, c. g. primus, Primarius, author, dux, inventor, optimates, coryphæus, excellens, columen, qui obtinet principatum, qui summum, vel honestissimum locum civitatis tenet, vel principatum obtinet, Virg. C. *principe, principale*. princeps prælium inibat, Liv. *cominciava prima la guerra*.

† principalior, & lius, lioris, comp. *più principale* & comp. adv. principalius.

¶ principalitas, Macrob. comm. l. 1. Tria illa, quæ sola sunt genera principalitatis, amplectitur.

principaliter, adv. Pl. Jun. *principalmente, come s' appartiene a principio*.

principalis, & hoc principale, Cic. *pertinente a principe, e ad uomo principale, cosa principale*.

principatus, tus, m. g. Cæs. *principato, signoria, eccellenza*. Principatum alicui dare, Cic. *porre alcuno sopra gli altri*.

¶ principalis, le, ad principium pertinens, Luc. l. 2.

principium, pii, n. g. Initium, primordium origo, Cic. Ter. *principio*.

principio, Adv. primum, initio, Cic. & Ter. *primieramente*.

prior, & hoc prius, hujus prioris comparar. Superior, primus absolute, C. Plaut. *primiero*. priores nos ibimus, Pla. *Noi andremo avanti, o primieri*.

priores, idest majores, *antecessori*, Pl. & Vir. 3. Æn.

priscus, ca, cum. Antiquus, Cic. Hor. *antico*.

prisce, Adv. prisco more, Cic. *A foggia degli antichi*, prisce agere, Cic. *Vivere all' antica, cioè schiettamente, gravemente*.

pristinus, na, num. Antiquus, vetus, C. *Come per avanti*.

pristis, hujus pristis, f. g. Plau. *pesce maritimo lungo, e stretto, e il nome d' una nave*. Servius autem inquit pistricem a nominativo pistrix esse belluam marinam, pristin vero a recto pristis esse nomen navis Mnesthei, Virg. 5. Æn.

private, adv. privatim, C. *particolarmente, specialmente, nominatamente, espressamente*.

privatio, nis, f. g. Verb. a privo, vas, Spoliatio, diminutio, C *privazione*.

privatus, ta, tum, part. a privor, varis, Orbatus, Cic. & Pla. *privato, a cui è stato tolto qualche cosa*.

¶ privatus, us, conditio ejus, quod est primum, proprium, proprietas, Ter.

privatus, ta, tum, Nomen, Domesticus, proprius, Cic. *pertinente a ciascuno in particolare, domestico, che non ha nè officio, nè dignità*.

privatim. Lege private.

¶ privernas, atis, Ut Privernatia vina, quæ inter generosa Italiæ numerantur.

privilegium, gii, n. g. Lex privata homini irrogata, C. *privilegio, legge particolare, concessione ad alcuno*.

privilegiarius, ria, rium, adject. Ulp. *privilegiato*.

privo, as, avi, atum, are, Spolio, orbo, expolio, dispolio, excludo, C. *privare, levare qualche cosa ad alcuno*.

privus, a, um, Non. *proprio, che particolarmente s' appartiene ad alcuno*.

prius, Adv. temporis, Ante, Cic. & Ter. *più tosto*.

priusquam, adv. Antequam, C. *prima che, avanti che*.

pro, interjectio indignantis, Ter. *grido d' uomo sdegnato*.

pro, præpositio serviens ablativo casui *per*. ut pro animo habere, Pla. *aver per fantasia*. pro suo educavit eum mater, Ter. *Essa l' ha nodrito per suo*. pro mea consuetudine, C. *Secondo il mio costume*. pro testimonio dicere, C. *Testimoniare avanti ad un giudice*. pro derelicta, Pla. *Non altramente che derelitta*. pro eo, ac debui, C. *Così, come ho dovuto*.

proagogium, gii, n. g. Suet. *il condurre al postribolo le vergini, o meretrici, come fanno i ruffiani, o ruffiane*.

Supplementum,ti,n.g.quo aliquid suppleturr,Ci.*Supplemento,aggiunta*.

Supplex,cis,Adject.Jacens, prostratus, ad pedes abjectus,Cic. *Supplichevole, che s'umilia,e prega d'aver qualche cosa, chi prega Dio*.

Supplico,cas,cavi,catum,care,deprecor, me ad pedes alicuius supplicem abjicio, manus alicui, vel ad aliquem tendo, C.in Læ. *Supplicare, dimandare,e pregar riverentemente*,Supplicare publice, Sv.*Far processioni generali*.

¶ Supplicamentum,idem,quod supplicatio,Apul.

Supplicans,tis, partip. Deprecans Cic. ad Ter. *Che prega supplicante*.

Supplicatio,nis,f.g.Gratulatio, & honor Diis immortalibus habitus pro victoria, Cic.in Catil. *Supplicazione, processione,prego*,Pet.

Suppliciter,Adverb. Demisse, Cicer.& Cæs. *Umilmente, supplichevolmente, con preghiere*.

¶Suppliciter, idem,quod suppliciter, Justin.Histor.l.14.

Supplicium,cii,n.g.cruciatus,& pœna, Cic.*Castigo,punizione, supplicio, pena, tormento, cruciato*. supplicia haurire, Virg.l,3. Æn. *Esser punito gravemente*.

Supplodo,dis,si,sum,dere,Pede terram percutio,Cic.1.de Orat. *Batter col piè la terra*.

Supplosio,sionis,f.g.Cic.de Orat. *Battimento del piè a terra*.

Suppœnitet, tuit,tere,Cic.ad Att.*Pentirsi alquanto*.

Suppono,nis,sui, situm,nere,subjicio, subjungo,subdo,obstringo, Cic. 2. de Nat.Deor. item pro Cluent.*Metter di sotto, metter una cosa falsa per buona, sottoporre*.

Suppositus,ta,tum, subjectus, & subornatus, Cic.7.Ter. *Posto falsamente in luogo d' un altro,posto di sotto*.

Supposititius,a,um,Adje.quod suppositum est,aut alterius loco positum, ut puer supposititius,*Posto in luogo d' un' altro*,Mart.l.5.

Suppositio,tionis, f.g. Colum, l.6.c.5. *Esso metter una cosa sotto l'altra*.

¶ Suppositorium, ri, n.g.locus recondendi res, quo ab aliis removeantur, *Luogo da riservar alcuna cosa sotto d' un' altra*.

Supporto,tas,idem quod clam importo, Cæs.1.Bell.Gal. subveho. suggero *Portar sotto*.

+Supportatus, ta,tum; participium a sub,& portatus:unde retinet vim verborum, quibus componitur, *Portato segretamente di sotto*.

Suppostor,ris,m.g.& suppostrix, f.g. & suppositor,qui falsum aliquid,& adulterinum pro vero suggerit. Plau. *Uomo o Donna, che mette una cosa in luogo d' un' altra*.

Supprimo, primis, pressi,pressum,primere, Occulto, retineo, Cic.3. Tusc. *Coprire,nascondere, annullare, e premere*, Petr. supprimere alicujus famam, Liv. *annullare la memoria d' alcuno* supprimere,ægritudinem,Ci. *fare che una malattia non si aumenti*.

Suppressus,sa,sum,part.sive nomen ex partic.humilis,demissus,Cic.*Oppresso, umile*. suppressa navis,Justin.*nave affondata*.

Suppressio, sionis, f.g. Cic.pro Cluen. *nascondimento, furto*. suppressio spiritus, vel suppressio cordis, & suppressiones nocturne a Plinio dicuntur,quæ proveniunt a sanguine,cum circumdat præcordia, ut dormientibus videantur onera ipsis gravissima incumbere, quæ passio a Latinis dicitur incubus, a Græcis ephialtes, a Plinio suppressio.

Suppromo,promis,prompsi.ptum,mere,Plaut.in Mil.*tirare,o mettere fuori*.

Suppromus,Plau,*dispensiero*.vide plura in vece promus.

Suppudet,puduit,dere,verbum defectivum,Cic.Cassiod.*alquanto vergognarsi*.

Suppululo,las,avi,pullulo, e radice arboris enascor, *germogliare di nuovo*.

Suppuro, ras, ravi, ratum, rare, Col. l. 6. c. 12. *apostemare, convertirsi in marcia*.

Suppuratio,nis,f.g.ver.Col.l.7.*apostema*.

Suppuratus,ta,tum,Plin. l.20.c 48. *apostemato*.

Suppuratorius,ria,rium,Plin.li.82. c.4. *cosa, che fa apostemare, e maturare*.

Supputo, tas, tavi, tatum, tare, Plin.l.17. c.10. *tagliare di sotto.computare, far conto, calculare, contare*. supputare rationem, Plau in Aul.*far conto*.

Supra, prepositio serviens accus. ultra, Cicer. in Orat. & Virgil.Æn. *di sopra, molto oltra*, supra tres, Hor. *più di tre*. supra numarum,Plin. jun.*Oltre il numero*.

Supradictus,adject.Plin.*sopradetto*.

¶Supra fidem,*incredibile*.sic supra morem,*fuor di costume*,& alia.

Suprapositus,adject.Cic.*posto sopra,o avanti*.

Supremus,ma,mum,ultimus,extremus Cic. 2.de leg.*più alto,ultimo, soprano*.

Suprema,orum,plur.n.g.& substant.apud Tac. positum pro morte: unde solvere alicui suprema, justa solvere,exsolvere,est parentare,*la morte,l' esequie*.

† Supremitas,extremitas,vitæ finis.

Supremis suis annis, Plin. *nella sua ultima età*.

Supremo, adverb. extremo, tandem, postremo, Plin. lib. 11. cap.53. *ultimamente*.

Sura,ræ,f g.Hor.l.2.carm.od.4.& Virg. l 1. Æn. *la carne molle di dietro della gamba sotto il ginocchio, la polpa della gamba*.

Suræ item apud Juv. sat. 15. ponuntur pro ocreis,quibus suræ muniuntur, *stivali*.

Surculaceus,a,um,surco similis.Colum. *cosa simile al sorcello, o calma d' albero*.

Surcularis,& re, surculos producens, Col. *chi produce sorcelli*.

Surcularius,a,um,ut cicada surcularia, quæ in surculis vivit, Plin.ager surcularius,qui surculis abundat, *pieno di sorcelli*.

Surculus, li, mas.ge. planta,Cic.de Or. Var. de re rust. *sorcello,germogli o d' albero, una calma*.

Surculo,las,lavi,latum,lare,Col.l.5.c.9. *tagliare dagli alberi i sorcelli inutili*.

¶ Surculose,adv.Plin lib.18. cap.16.arescit surculose.

Surculosus, sa, sum, Pl. *Pieno di sorcelli*.

¶ Surde, adv. sine sensu, *sordamente*.

Surdus, da, dum,auribus captus, carens auribus, aut audiendi sensu,Terent.& Cic.*sordo*.surda buccina, Juv. sat.7.*piva sorda*.

Surdaster,stra,strum, adject. male audiens, Cic. *alquanto sordo, mezzo sordo*.

Surditas,tis,fœm.gen. Cic.5. Tusc.*sordità*.

Surdeo,es, & surdesco,unde obsurdeo, & obsurdesco. *esser sordo*.

Surgo, surgis, rexi rectum, gere,exurgo,Plin.3.de off.*Sorgere, rilevarsi su*. surgere grabrato, Cat. *levarsi dal letto*.

Surpiculus, li,m.g. Propert.*cestello di vinchi, o di giunchi*.

Surrepo.pis,psi,tum,epere, sensim ingredior, & per translationem latenter, & caute me insinuo amicitiæ alicujus, *entrare pianamente, che nessuno senta, insinuarsi nell' amicizia d' alcuno*.

Surreptitius,a,um,quod furto ablatum fuit injuste,*cosa rubata*.

Surigo, rigis,rexi,rectum,rigere,Virg. 4.Æn.& Liv.*levarsi diritto in alto*. Vide rubrigo.

Surripio,pis,pui,reptum,ripere, furor, compilo,Cic.3.Offic.*rubare di nascosto*. surripere se alicui.Plaut.*levarsi da alcuno di nascosto*.

† Surrogatio, onis,f.g.actus subrogandi, substitutio.*esso sostituire*.

Surrogo, gas, gavi, gatum,idem quod substitutio, Cic. *metter uno in luogo d' un' altro*.

Sursum,adv.Ter.in Eun.& Cic.in Orat. *all' insù, in alto*.

Surus, Fest.*il piè*.

Sus,hujus suis, tam ma.quam f.g. porcus,& porca,Cic.1.de nat.Deor.*porco, porca, verro*. suarius,ii,m.g.subst.Plin. *guardiano di porci, o porcajo*. ¶ Sueres, partes suillæ, Var. libr. 4 de ling. lat. perna a pede, sueres a nomine ejusdem. Suillus, la, lum, *di porco*. vide hæc omnia supra suis locis.Suinus,na,num,ut suina caro Var. *carne di porco*.

† Sus Minervam decet, proverbialis sermo, quo indicamus hominem rudem, rerumque inexpertum instruere sapientem,& eruditum.

¶ Sus, sa, sum,pro suus, a, um, etiam pro is.

Suscio,scis,scivi,ire,itum,verbum antiquum,idem significans, quod scio, rescio, Plaut. *Sapere, conoscere una cosa*.

Suscipio.pis,scepi,sceptum,scipere,sumo, capio, recipio, admitto. committo,patio,concipio,patior,subeo,& amplector,Cic. l.1.de fin.*pigliare,prendere sopra di se*.suscipere scelus, Cic.*commettere un peccato* suscipere virtutes, Cic. *abbracciar le virtù*. suscipi in lucem,Cic. de Arusp. resp.*nascere*. suscire voluntatem erga aliquem, Cic.*porre amore ad alcuno*.

Susceptum, ti, n.g. *impresa*, Ovid.

Susceptus,ta,tum,non recusatus,admissus,initus, Virg. ut negotium susceptum,*preso,accettato,pigliato per buono*.

Susceptio, tionis, f.g. idem, quod susceptum, ut susceptio causæ, Cic. pro Mur.

Suscito,tas,tavi,tatum,tare,excito,exsuscito, Pla. in Most. *invogliare. incitare, suscitare*. item Cic. 4. Tusc. suscitare mortuum, Sen. *Suscitare. risuscitare*.cetera verbalia ab hoc verbo,ut suscitatio, suscitatus, &c.licet expresse non reperiantur, tamen cum opus est,eis uti poterimus.

Suscitabulum, i,n.g. apud. Var.idem, quod incitamentum,irritamentum,*Suscitamento,irritamento,stimolo*.

Susinum, neu. gen. unguentum ex liliis, vox Phrygia; alio nomine dicitur a Græcis lirinum, *unguento di gigli*.

Suspecto, tas, tavi, tatum, tare, idem quod in altum specto, Mart. & Tac.l. 2.& 4.*riguardare in alto sovente*: & aliquando, ut est apud Martial. significat idem, quod deorsum aspecto. Præterea pro suspectum habeo, Tac. lib.1. & 4. *aver sospetto d' alcuno*.

Suspectus,ta, tum, suspicionem præbens, in quo subest suspicio, sollicitus, & suspicionem habens, Cic. in Ver. *che si ha, e che ha in sospezione, o sospetto*. suspectum aliquem habere, *aver, o tener sospezione d' alcuno, che abbi a fatto alcuna cosa*.

Suspectus,tus,m g.suscipio,conjectura, scrupulus, metus,incerta scientia, Ci. *Sospizione, sospetto,riguardar in alto*, Virg. *altezza*.

Suspendeo,des,di, sum,dere, Col. *pender da alto*.

Suspendo, dis, di,sum, dere, cervices frango, & impendo, Cic. *impiccare, differire, sospendere*, Plin.l.20.c.26.*mettere in dubbio*.

Suspensus,sa,sum,impensus,anceps,dubius,incertus, sollicitus, Cic. de leg. Agr.*impiccato,sospeso,dubbioso*.suspensus animo, *incerto, dubbioso*, Sen. suspensus somnus inquietus, plenus laboris,cui contrarius est profundus somnus, *sonno inquieto*, Cic. 1. Tusc. ex Poeta vetusto quodam.

Suspensio,nis,f.g. Verb. Hirt. l.bel. Afr.*incertezza,dubbietà*.

¶Suspensura,æ, verb.opus suspensione factum.

Suspendium, dii,n. g. Cic.5.Ver. *esso pendere dalla forca*.

Suspen.

Suspendiosus, sa, sum, Pl. *un' appiccato*.

Suspicio, cis, suspexi, tum, cere, sursum aspicio, Virg. l. 1. Æn. *guardare in alto*. Cic. *ammirare, e onorare, aver sospetto*.

Suspicio, nis, f. g. conjectura, scrupulus, metus, incerta scientia, Cic. *Sospetto, sospizione*.

Suspiciosus, sa, sum, suspiciens, suspicionem præbens, vel habens, Ter. *sospettoso, ombroso*.

Suspiciose, adv. criminose. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. *Sospettosamente*.

Suspicor, caris, vel care, catus sum, catum, cari. verb. depon. suspicionem habeo, suspicione assequor, in suspicione sum, Ter. in Heaut. *Sospettare, dubitare, pensare*.

Suspicans, partic. suspicionem habens. Ter. in And. *dubitante, sospettante*.

Suspiro, ras, ravi, ratum, rare, Plaut. in Mene. & Cic. Att *Sospirare*.

Suspirium, rii, n. g. gemitus, Cic. ad Att, l. 13. *Sospiro*. aliquando sumitur pro ipsa difficultate respirandi, quæ a Græcis dicitur asthma, *asma*.

Suspiratus, tus, m. g. verb. a suspiro, idem quod suspirium, Ov. 14. Met. *Sospiro*.

Suspirosus, sa, sum, Pl. *chi ha poco fiato*.

Susque, deque fero, idem quod non laboro, non curo, non sum solicitus, non magni facio, Cic. *non si pigliar cura, vada la cosa come si voglia*. Vide Gell. l. 10. c. 15.

¶ Sustendo, is, di, ensum, ere, decipiendi gratia subdere aliquid, aut machinari, Sall. dum sustendit insidias militi.

Sustentaculum, i, n. g. fulcimentum, quo aliquid sustinetur, *appoggio d'alcuna cosa, fondamento*.

Sustentatio. nis, f. g. verb. a sustento, idem significans, quod expectatio, dilatio, *indugio*, Cic.

Sustento, tas, tavi, tatum, tare, sustineo, nitor, nutrio, Cic. pro Fl. & Virg. 10. Æn. *Sostenere, sopportare pazientemente, nutrire*.

Sustineo, nes, nui, tentum, tinere, sustento, tueor, fulcio, corruere non sino, labentem excipio, contineo. Cic. 2. de nat. Deor. *Sostenere, guardarsi da fare qualche cosa, soffrire, durare*. sustinere onus magnum, *Sopportare, sostenere gran carico, o fatica*. sustineo præterea hęc significat. *nutrire, astenersi, potere, ardire, difendere, resistere*. sustinere gradum, *fermarsi*, Ovid. 6. Fast.

Sustollo, lis, tuli, blatum, tollere, sublevo, in altum tollo, extollo, Cicer. & Virg. lib. 2. Æne. *levar in alto, sollevare*. sustollere in equum, Cic. *metter a cavallo*.

Susurrus, ri, m. g. susurratio, Ci. 4. Tusc. *mormorazione*, & Bocc. *mormorio come di foglie, o di ruscello*.

Susurratio, tionis, f. g. susurrus, Cęl. ad Cic. l. 8, *mormorio piccolo*.

† Susurrator, oris, mussitator, susurro, m, g. subst. *mormoratore*.

Susurro, ras, ravi, ratum, rare, Terent. in Andr. *mormorare tra i denti, e bucinare*, Bocc.

Susurro, onis, mas. gen. *mormoratore, sussurrone, che mormora, e parla di alcuno dietro alle spalle*.

Sutela, læ, f. g. dolosa astutia, seu techna callide consuta. Fest. *frande, inganno*.

¶ Sutelo, sutelam facio, Gloss.

Suterna, næ. f. g. sutura, seu, opus sutorium, Var. *l'opera di calzolaro*.

Sutilis, & hoc sutile, Pl. l. 1. c. 3 *cucito*.

Sutor, toris, m. g. a verbo suo, suis, qui calceos facit, Pl. *calzolaio, che il volgo dice calegaro*.

Sutorius, ria, rium, ad sutorem spectans, Cic. *di calzolaio*.

Sutorium atramentum appellatur vitriolum, quo aqua dissoluto coria denigrantur, ex quo etiam fit atramentum scriptorium, *vitriolo*, Pl.

Sutrina, næ, f. g. officina sutoris, Plaut. *calzolaria*.

¶ Sutrinum, locus ubi suuntur vestes aliquæ, Gloss. Isid.

Sutura, ræ, f. g. Cels. l. 7. & 8, *cucitura*. suturæ in cranio dicuntur commissuræ illæ, quibus ossa conjunguntur, Cels. l. 7. & alii medici Antomici.

† Suturnium, nii, n. g. urceolus manualis ex quo dimittitur in pelvim aqua ad manus tergendas, vulgo dicitur *bocchino del ramino*.

Suus, sua, suum, pronomen reciprocum a sui deductum, de cujus usu extant varii tractatus grammaticarum, qui lectu perutiles, & necessarii futuri sunt rudioribus, cum res sit etiam non parvæ difficultatis recte uti reciprocis, sed, ad rem nostram suus inter cetera idem est, ac sui juris, proprius, *suo proprio*: utrumque apud Ci.

S Y

Syagros, m. g. aper, *il porco cinghiale*.

¶ Syarum, suarium, Salmas.

Sycomorus, f. g. Galen. *albero sicomoro*.

Sycophanta, tæ, m. g. qui calumniis afficit, & accusat, & decipit, Plaut. in Amph. *calunniatore, falso accusatore, ingannatore, mariolo, e un mangiatore, o trangugiatore di fichi*. sycophantæ enim proprie apud Athenienses erant, qui alios accusarent de surreptione ficuum, quæ sunt res parvi momenti, unde sycophantæ dicti sunt accusatores ob levem causam, *accusatori per cose leggiere*.

Sycophantia, tiæ, f. g. falsa accusatio, mendacium, & fallacia, Plaut. in Asin. *inganno, falsa accusa, calunnia, fallacia*.

¶ Sycophantisso, as, sycophantias struere, *ingannare*.

Sycophantor, taris, tari, accuso injuste, decipio, Plaut. *accusare falsamente, ingannare*.

Sycosis, is, f. g. vitium est palpebrę asperæ, a ficus similitudine nomen habens, Plin. *infermità delle palpebre*.

Sydus, deris, n, g, Plau: *costellazione, concorso di stelle in un segno, un pianeta, una stella*. Vide plura in sidus.

Syderatio, & cætera, vide sideratio.

Syla, per simplex l, mons Lucaniæ, in quo sylva est latronibus frequentata, ut inquit Sallust.

Sylla, per duplex ll, fuit Romanus nobilis ex familia Scipionum.

Syllaba, bæ, f, g. dictionis pars, Cic. *Sillaba*.

Syllabatim, adver. e syllaba in syllabam Cic. Att. lib. 23. *per sillaba, e combinando*.

Syllaturio, is, est imitari Syllam, ejusque mores, & proscriptionem, Cic. ad Att. l. 9.

Syllogismus, idem est, quod computatio, Quint *sillogismo*.

¶ Syllogisticus, a, um, ad syllogismum pertinens.

¶ Syllographus, calumniator, scriptor maledicus, Polit.

Sylanus Deus. Cic & Pl. l. 1. cap. 11. *Silvano, Dio delle selve*.

Sylva, væ, locus arborum copiosus, Vir. l. 1. Georg. & sumitur pro copia, ubertate, & materia. Cic. *Selva, bosco, luogo copioso d'alberi, abbondante di cose*. Sylva dicendi, Cic. *abbondanza di dire*.

Sylvaticus, ca, cum, Plin. lib 30. c. 9. *Selvaggio, salvatico, di selva*.

Sylvester, sylvestris, & hoc sylvestre, Virg. ecl. 1. *Selvatico, selvaggio, silvano, rusticano, di villa*.

Sylvicola, læ. sylvam colens, Proper. *chi abita in selva*.

Sylvosus, sa, sum, plenus arborum, Liv. 9. ab urb. *pieno d' alberi, selvoso*.

Sylvula, læ, f. g. parva sylva, Col. l. 8. c. 15. *Selva picciola, boschetto*.

Symbolum, li, n. g. symbola, æ, f. g. Plaut. *Scotto, conoscimento, segno*.

Symmetria, triæ, f. g. Plin. l. 34. c. 8. *proporzione*.

Sympathia, thiæ, f. ge convenientia, conjunctio naturæ, Ci. 3. de nat. Deor. *confazione, convenienza tra alcune cose differenti*.

Symphonia, niæ, f. g. concentus, Cic. pro Cæl. *suono, accordo, sinfonia, consonanza concento*.

Symphreatides, um, fœ. gen. plur. vox græca apud Cicer. cujus singularis est symphreatis, qui eisdem puteis utuntur, idest, qui convivunt simul, *coloro che vivono insieme in una medesima casa, città, e radunanza*, Cic. l. 2. de leg.

Sympinium, ii, n. gen. vas vinarium, quo utebantur in sacrificiis, Juven. Plin. & Var. *vaso da mettervi del vino nei Sacrifizj*.

Symposium, sii, n. ge. convivium, Cic.

Synagoga, gæ, fœ. gen. gentium conventus, *assembramento di gente, congregazione*.

Synanche, f. gen. angina: Cel. l. 4. c. 4. *Scaranzia*.

Syncerus, ra, rum, purus, verus, integer, Cic. l. 5. epist. *sincero, puro, intiero netto, reale*.

Synceritas, tatis, f. g. integritas, Col. & Plin. *integrità, purità, sincerità, realtà*.

Syncere, adv. candide, vere, ingenue, Cic. ad Att. lib. 3. & Cæs. 7. bel. Ga. *puramente, sinceramente, intieramente*.

Syncopa, æ, vel syncope, es, f. g. figura grammaticæ, qua duæ syllabæ in unam contrahuntur, ut Deorum contrahitur in Deum, *figura per la quale due sillabe si congiungono in una*.

† Syncategorema, tis, vox simul significans, *voce, che significa congiunta con le altre*. hujus naturæ sunt nomina adjectiva, quæ substantivis unita consignificant.

Synchisis, perturbatio, ordo confusus, *confusione*.

Synciput, cipitis, n. g. Plin. *la parte davanti del capo*: vide sinciput.

Syndicus, ci, m. g. qui præest causis defendendis. Bud. & Cic. in causa Com. Bal. *chi ha uffizio di difendere le cause pubblico, sindaco, giudice*.

Synecdoche, es, f g. figura grammaticæ, qua totum pro parte, vel contra, species pro genere, vel contra ponitur.

Synedrus, i, m. g. latine dicitur consessor, assessor, consiliarius, senator, judex, Liv. *Senatore*.

Synderium, ii, n. g. senatus, *Senato*.

Synephebi, nomen comœdiæ Cæcilii.

Syngrapha, phæ, f. g. chirographum, cautio, Plaut. in Asin. & Cic. Treb. l. 7. de Arusp. resp. *bollettino, polizza*.

Synodia, orum, n. g. pl. cujus singulare est synodion apud Græcos, conventus, comitatus, colloquium, C. ad At. l. 10,

Synodus, di, f. g. conventus, cętus, *assembramento, congregazione di gente per trattare di cause pubbliche*.

Synonyma dicuntur, quæ sub diversis vocibus idem significant, ut ensis, mucro, gladius,

Synopsis, psis, f. g. Ulp. *inventario*.

† Syntaxis, ordinatio, ordo, regula, & dicuntur capita in quæ distribuitur materia alicujus artis, vel disciplinæ, *capo, capitolo*.

Syntexis, f. g. Plin. l. 23. c. 25. *mancamento di cuore*.

¶ Synthesis, compositio.

Synthesis, Mart. l. 14. *abito di più coloris significa ancora figura centraria, e anco una polizza, scrittura di parola*, Cic. de Orat.

† Syntecticus, ci, qui defectu cordis laborat, *chi patisce mancanza di cuore*.

Syracusæ, sarum, f. g num. plur. urbs Siciliæ, Cic. 5. Ver, *Siracusa*.

Syria, est regio Asiæ, quæ ab oriente fluvio Euphrate, ab Occidente nostro mari, & Egypto terminatur, a Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ, a meridie Arabiam cujus insignes sunt civitates, ut l. 5. refert Ptol. Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palamita, Heliopolis, Ptolomais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botris, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus, & montes quamplurimi.

† Syriacus, ca, cum, a Syria, Syrius, oriundus a Syria, *chi è nato in Soria, cosa della Soria*: & adv. Siriace, *all'usanza della Soria*.

Syrinx, gis, f. g. vox græca, latine dicitur fistula. Item est nomen mulieris, quæ in fistulam conversa fuit, Ovid. 1. Met. *fistola, o nome d'una Ninfa, che fu mutata in una fistola*.

Syriscus, m. g. vas vimineum, in quo ficus conservantur, Cœl. Rho. vox gręca, latina facta, *vaso da conservarvi fichi*.

Syrites, m. g. lapis, qui in lupi vesica nascitur, Pl. l. 11. c. 37. item vox greca, *pietra, che si trova nelle vesiche dei lupi*.

Syrma, tis, n. g. vox græca, qua denotatur genus vestis talaris: a trahendo nomen accepit, quia humi attraheretur: undæ caudatæ vestes mulierum, aut lugubres virorum, aut stolæ Cardinalium, & Præsulum syrmata dici possunt, Mart. & Sen. *vesti lunghe che si strascinano in terra*.

Syrtis, tis, f. g. salebræ in mari, locaque periculosa, ubi fluctu trahente modo arenæ dehiscunt, modo in aggerem cumulantur, Cic. & Sallust. in Jug. *scoglio di mare, secca*.

Syrus, i, m. g. vel potius sirus, locus subterraneus in quo frumentum conservatur, Pl. Cur. & Col. *luogo sotto la terra, per tenervi, e conservarvi il frumento*.

Systole, figura est, quæ dici potest correptio, & fit, cum longa syllaba contra ejus naturam corripitur.

¶ Syzeresis, disputatio, qua ultro citroque disputatur.

Syzygia, æ, f, g vox græca usitata a medicis qua significant pares illas combinationes nervorum, quæ ex utroque latere capitis oriuntur e cerebro, & dividuntur per totum corpus, Gal. l. 8. & 10. Syzygię ab Astronomis dicuntur conjunctiones, & aspectus planetarum

T

T Littera Latinis consonans est, & muta, & a C. appellatur insuavissima; habet cognationem cum D. ait Quint. l. 1. c. 1. veteres enim Alexanter, & Cassantra scribebant pro Alexander, & Cassandra.

T A

Tabanus, ni, m. g. magna musca, Pli. lib. 11. c. 27, *tavano, grossa mosca, asilo* vide asillus.

¶ Tabefacio, corrumpo, quasi tabe conficio.

Tabella, æ, f. g. litteræ, codicilli, & sumitur pro tabula voti, Ci. 2 de na. Deor. *picciola tavoletta, barchetta*.

Tabellio, onis, m. ge. vulgo notarius dicitur, qui litteras publicas conscribit, *notajo, scrivano*.

Tabellarius, rii, ma. gen. nuncius, qui litteras perfert, Cic. ad Brut. *portalettere, cavaliaro, corriero*.

Tabeo, es, ui, idem, quod tabesco, Ovid. *divenir secco, marcirsi, ammalarsi, infracidirsi*.

Taberna, næ, f. g. caupona, Cic. Att. *taverna, bottega da vendervi, ogni picciol luogo fatto di tavole, osteria, alloggiamento, albergo*.

¶ Tabernula, æ, parva taberna, Apul.

Tabernaculum, li, n. g castrense tectum, Cę. be. Ga. *padiglione, o tenda da guerra tabernacolo, albergo, alloggiamento*.

Tabernarius, rii, m. g. caupo, Cic. *venditore di merci, bottegaro*.

¶ Tabernarius, a, um, adject. *pertinente a bottega*.

Tabes, bis, f. g. macies, Cel. li. 3. c. 2. *macilenza., per la quale l'uomo divien etico, e secco, tisichezza, male di tisico, marcia, sangue marcio*.

Tabesco, scis, bui, scere, liquefio, extabesco, contabesco, langueo, C. At. *divenir secco, ammarcirsi, corrompersi, infracidirsi*.

Tabidus, da, dum, Mart. l. 1. *corrotto, marcio, guasto*.

† Tabificus, ca cum, adje. a Poetis dumtaxat, non Oratoribus usurpandum, afficiens tabe, *gustante, che corrompe*.

† Tabificabilis, le, adject. idem, quod tabificus.

Tabitudo, dinis, tabes, macies, Cic. Plin. *macilenza*.

Tabificus adject. qui tabem inducit, Cic. *cosa, che ha virtù di putrefare*.

¶ Tabilæ, tabulæ, in vestibus rotundi clavi, Salmas.

¶ Tablissare, tabulis ludere, Salma

¶ Tablistes, teblista, tabulista. G. g. b.

Tablinum, ni, n. g. Plin. tabularium, Cic. *luogo da conservare lettere, e registri*.

Tabula, læ, f. g. asser, pictura, & sumitur pro codice, & libro expensi, & dati, Cic. pro Rosc. Am. *tavola, banco, tavola dipinta*. tabula accepti, & expensi, Cic. in Verr. *la scrittura del dare, e dell' avere*. Tabula pręterea sumitur pro testamento, unde mutare tabulas, dicitur pro testamentum irritum reddere, & aliud facere, *testamento*, Cic. pro Cæl.

† Tabula lusoria, tabula, quæ jactum talorum retardat, vulgo *sbataglino*.

Tabularis, re, ut tabulare æs. Plin. l. 34. c. 9. *metallo da far lame*.

Tabularium, rii, n. g. locus, in quo tabulæ, aut libri publici civitatis asservantur, Cic. pro Archia Poeta, *luogo da conservare lettere, o libri*.

Tabularius, rii, m. g. scriba, Tac. l. 1. *notajo*.

Tabulatus, ta, tum, *fatto di tavole*.

Tabulata, orum, n. g. plur. quæ vulgo appellantur solaria, Cæs. 6. bell. Gal. *solari, palchi*, sunt pavimenta in ædibus, quæ tabulis, vel ut nunc sępius lateribus aut gypso consternuntur.

Tabulo, as, avi, unde apud Cæs. est tabulatio, & contabulo apud Svet. est tabulis aliquid conjungo, *intavolare*.

Tabulatio, tionis, f. g. Col. lib. 6. Cæs. 4. bell. Gall. Cic. *intavolamento*.

Taburnus, mons Tabor. Virg. 2. Georg. *monte in Abruzzo*,

Taceo, ces, cui, citum, cere, sileo reticeo. tacitum relinquo, silentio prætereo, conticeo, supprimo, Cic. & Ter. in Eun. *tacere, star cheto, esser secreto*.

Tacens, tis, part. qui silet, reticet, tacet.

Tacendus, da, dum, silentio dignus, Mart.

Mart.& Ovid.cosa da tacere.

¶ Taciturio, silentium appeto, Sidon.

¶ Tacita nomen Musæ, quam coli voluit Numa, Plut. in vita Numæ.

Tacitus, ta, tum, in activa significatione & passiva, silens, obscurus, latens, sub silentio pretermissus. tacitum furrum, Ovid.& Virg. fuoco tacito, secreto.

Tacite, adv. sub silentio, tacito, Ci. senza parlare, copertamente, tacitamente.

Taciturnulus, la, lum, dim. a taciturnus, silens, qui paucis delectatur verbis, taciturno, che non parla.

† Taciturne, adv. silenter, tacite, clam. Senza parlare, con silenzio.

Taciturnus, a, um, Hor. l. carm. od. 20. chi parla poco, tacito, taciturno.

Taciturnitas, tatis, f. g. silentium, Cic. de Inv. & Ter. And. silenzio, il parlare poco, taciturnità.

¶ Tacola, emporium amplissimum Indiæ extra Gangem in aurea Chersoneso, cujus meminit Ptol.

Tactici, orum, quibus cura incumbit instruendæ aciei, Veget. vox græca, unde multa alia in usum latinum transferri possunt, ut taxis, is, tactice, es, & tacticus, ca, cum.

Tactus, cta, ctum, part. a tangor, tactus, & pro explorato, & indicato sumitur, Cic. de Arusp. resp. & 2. de Di. toccato. tactus item sumitur pro eo, qui fulmine percussus est, Cic. pro quo Virg. dixit de cœlo tactum.

Tactus, us, m. g. tactio, Pl. & Vir. ex quinque sensibus unus, toccamento, tatto.

Tactio, tionis, f. g. tactus, Cic. toccamento, tatto.

Tæda, dæ, f. g. fax: vide teda.

Tædet, bat, piget, Ci. 2. Ver. & Ter. Eun. Rincrescere, fastidire, aver in fastidio.

Tædium, dii, n. g. Plaut. Rincrescimento, tedio, fastidio, dispiacere, noja.

Tænia, niæ, f. g. Virg. 7 Æn. Benda lunga, e stretta, con la quale le femmine si avvolgono i capelli.

¶ Trænum, fuit urbs in Laconia, teste Hermolao.

Tages, getis, furunculus, Euci. ladroncello a tago, voce antiqua, pro tango.

Tago, is, antiqui dicebant pro tango, Fest. ex Pacuv. & Plau. toccare.

¶ Tagus, mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicuntur a vento concipere.

Tagus, Plin. Tago fiume nei nomi proprj.

Talaria, tiorum, n. ge. nu. plur. calcei aligeri, seu pinnari Mercurii. Virg. 4 Æn. & Cic. ad Att.

Talaris, & hoc re, ad talos usque demissus, Cic. 7. Ver. lungo fino a' piedi.

Talarius, ria, rium, ut indus talarius, Cic. 1. off. giuoco di dadi.

Talasio, nis, m. g. apud Romanos erat carmen nuptiale, Marr. item talasio erat quasillus, in quo lana conservabatur; ex Varr. qui inde existimat carmen nuptiale nomen traxisse, alii a talasio quodam, & cetera vide in Calepino majori.

Talea, leæ, f. g. Plin. l. 17. c. 18. palo piantato, ripiantato.

Talentum, ti, n. g. multa sunt genera talentorum, sed apud Cic. talentum est, quod sexcentis aureis nummis seu coronatis valet. Cic. talento, che vale seicento scudi d'oro.

¶ Talga, insula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) sine cultu fertilis, fruge, ac fructibus abundans, sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata exstimantes, diisque servanda.

Talio, nis, m. ge. æqualis retributio in suppliciorum genere, ut sicut quis oculum eruerit, idem ille patiatur, in pœnam talionis: vide Gell.

¶ Talipedo, as, pedibus vacillo, & quasi supra talos insisto, Fest.

Talis, & hoc tale, hujusmodi, ejusmodi, ejusdem modi, ejus generis, hujus exempli, Cic. 2. off. Ter. Heaut. & Virg. 3. Æn tale.

Taliter, adv. & Cic. ad Att. talmente, in tal modo.

Talitrum, tri, n. g. Sveton. in Tiber. c. 68. frignocola, buffetto.

Talpa, æ. co gen. talpa, talpæ oculis capti, Virg.

Talus, proprie est os quadratum, in articulis pedum animalium, bisulcorum tantum, quo homines, & multa alia animalia non bisulca carent: sumitur tamen pro infima parte pedis posteriore, seu calcaneo, il calcagno, præterea est genus ludi apud veteres, pro quo nunc utimur alea, ideo nunc etiam sumitur pro alea, giuochi di dadi.

Talus, Tali, Plin. l. 13. c. 46. & Cic. talone, cavechia del piede.

Tam, cui subjungi solet in sequenti membro orationis, quam, tanto, quanto, Cic.

Tam, adv. æque, adeo, tam valde, tam multum, Cic. pro Dejot. tanto.

Tamarice, ces, vel tamarix, cis, f. g. Plin. l. 26. c. 2. tamarice.

Tamen, conjunctio, attamen, veruntamen, nihilominus, Cic. Pæt. & Ter. Hec. nientedimeno, nondimeno, nulladimeno, tuttavia, pure, ad ogni modo, Virg. di subito.

Tametsi, conjunctio, etsi, quanquam, quamvis, etiamsi, Cic. pro Sext. Ro. ancora che, benchè, sebbene, quantunque.

Taminia, niæ, f. g. Fest. & Plin. l. 23. c. 1. vite selvaggia.

¶ Tamino, polluo.

Tanais, Tanai fiume nei nomi proprj Ptol. l. 9. c. 9. Plin. l. 2. c. 98.

¶ Tanarus, fluvius ex Apennino nascens, & in Padum influens, Plin. l. 3 c. 16.

Tandem, adv. demum, ad extremum, denique, Cic. finalmente, alla fine, ultimamente, in fine.

Tandiu, adv. usque eo, Cic. 7. Ver. si lungo tempo, e tanto tempo, Sannaz.

Tango, gis, tetigi, tactum, tangere, contingo, attingo, Cic. toccare. tetigisti rem acu, Plaut. hai detto il vero, hai dato in brocca. tango præterea ista significant, percuotere, giungere, far menzione, intendere.

Tanquam, adve. quasi, quodammodo, ac, velut, ut, quemadmodum, Cic. ad Cas. lib. 12. siccome, come.

Tanti, responsivum est, interrogativo quanti respondens, unde varia composita orta sunt, ut tantidem, quantilibet quanticunque, per tanto. Junguntur autem verbis pretium significantibus, ut emo, vendo, veneo, mercor, conduco loco, & ejusmodi.

Tantidem; Cic. idem, quod tanti, & cum eisdem verbis conjungitur: vide tanti, per tanto; vide tantundem.

Tantillus, la, lum; Cic. tantino.

Tantillum, adv. picciolissimamente.

Tantisper, adv. interim, Cic. 2. de Inv. tra tanto tempo.

Tantopere, adv. tam vehementer, Cic. sì forte, sì grandemente.

Tantum, adv. tantummodo, solum, dumtaxat, Cic. ad Att. tanto, solamente.

Tantummodo, adv. tantū, solum, dumtaxat, Cic. & Ter. Phorm. tanto, solamente.

Tantum non, idest ferme, quasi. Sv. in Tiber.

Tantundem hujus tantidem, n. g. Plaut. Ter. Phor. & in Adel. altrettanto.

Tantus, ta, tum, multus, tam magnus, Cic. 5. Phil. così grande intanto.

Tantulus, la, lum, Plau. così picciolo.

Tantulum, adv. Cic. tantino.

¶ Taos, gemma pavoni similis.

Tapes, petis, m. g. & tapetum, ti, vel tapetium, ii, n. g. Virg. Æn. tapeto.

Taratantara, æ, tubæ sonus, Enn. & Serv. suono di tromba.

¶ Tarcasion, pharetra, L. g. b.

Tardus, da, dum, longus, cunctator, serus, & pro hebete, & remisso, atque obtuso sumitur, Cic. tardo. Virg. 1. Georg. rozzo, grosso d'ingegno, tardo pigro lungo nell' operare.

† Tardiuscule, adv. diminut. subtarde, alquanto tardamente.

Tardiusculus, la, lum, Tere. alquanto tardo di corpo, o di spirito.

Tarde, adv. sero, tardius, tardissime, Ter. & Cic. 5. Acad. tardamente.

Tarditas, tatis, f. g. cunctatio, mora, stupor, Cic. ad Q. Frat. tardezza, tardanza.

Tardigradus, da, dum, ut testudo tardigrada, Cic. 2 de Div. chi va tardo.

Tardiloquus, qua, quum, adject. Sen tardo a parlare.

† Tardities, tiei, tarditas, mora, cunctatio, dimora, tardanza.

Tardo, das, davi, datum, dare, tardum facio moram, & tarditatem affero, moram interpono, moror, indormio, differo, Cic. ad. Cæs. 7. & Cæs. bel. Gal. ritardare, fermare, tardare, indugiare, dimorare, tener in tempo.

¶ Tarea, vestis regia, aut stola purpurea, Pap.

† Tarmes, genus verminculi carnem exedens, Fest.

Tarquinius superbus, septimus, & ultimus Rex a Romanis expulsus ob superbiam, & nequitiam Sexti ejus filii.

Tarsus urbs præclarissima, Tarso città.

Tartari, populi sunt Sarmatiæ, moribus omnique crudelitatis genere efferatissimi.

Tartarus, ri, in singulari, gen. masc. & in plur. n. locus inferorum, Virg. 6. Æn. Tartaro, inferno.

tartareus, a, um, Virg. 7. Æne. dell' inferno, infernale.

tartarinus, na, num, veteres dixere pro tartareo, horrendo, terribili, Fest. & Var. l. 7. de L. L. terribile.

¶ Tarus, ri, Cisalpinæ Galliæ fluv. in Apennino nascens, & in Padum se exonerans, Plin.

Tarvisii oppidum, Treviso, nei nomi antichi, e modeeni.

tata, tatæ, f. gen. vocabulum pueror. balbutientium, quo patrem appellant tatam, & matrem mammam, Mart.

tatæ, interjectio est admirantis, sicut papæ apud Plau. item ut babæ, evax, & ejusmodi.

taura, ræ, f. g. Col. l. 6. c 22 vacca sterile.

taurea, æ, f. ge. vox greca, licet formam habeat lat, nam, est lororum flagellum, scutica facta ex corio tauri, Juv. sat. 6. nervo di bue, sferza.

taurii, orum, & taurilia, ludi, & festa Romanorum erant diis inferis sacra quæ ideo primum instituta erant, quia cum tempore Tarquinii superbi civitate penuria laborante mulieres gravide ex assidua taurinæ carnis comestione laborassent, ut diis inferis, quibus tauros in hostias consecrare mos erat, sic melius litarent, nova festa instituerunt, eaque taurilia appellarunt, Fest.

taurica Chersonesus, est penins. prope Bosphorum Cimmerium, non longe distans a Constantinopoli; vide Cosmographos.

† taurii ludi dicuntur, qui in honorem inferorum deorum celebrabantur, giuochi in onore degli Dei infernali.

taurus, ri, m. ge. non castratus bos. & sumitur pro monte, Virg. 1. Georg. & ecl. 6. toro, tauro, bo, bue.

taurinus, na, num, Virg. Æn. di toro.

taurifer, fera, ferum, ut tauriferi campi, Lucr. l. 1. campi, dove si nutriscono molti tori.

tauriformis, adject. Hor. Cic. Chi ha figura di toro.

tautologia, æ, f. gen. græc. est vitium orationis, cum idem reperimus, vel verbis plane synonymis, ut si quis diceret, ensem stringe, & distringe gladium, il replicar le parole stesse, e le medesime cose.

tax, n. g. Plaut. in Pers. il suono d'una frignocola.

taxillus, i, m. g. idem, quod talus: talus enim factus videtur per contractionem a taxillo, ut axa ab axilla, & mala a maxilla, talone, o calcagno.

taxim, adv. quo veteres utebantur pro sensim, Non.

taxo, xas, xavi, xatum, xare, Pli. l. 17. c. 1 tassare, metter il prezzo a qualche cosa biasimare, riprendere, idem Plin. l. 15.

taxatio, tionis, f. g. Plin. l. 13. c. 5. biasimo, riprensione.

taxator, ris, m. g. Fest. chi biasima, o riprende.

taxus, i, f. g arbor quædam baccas ferens venenosas, Pli. l. 10. c. 10. & Vir. 6. ecl. est autem arbor similis abieti, & a Græcis dicitur smilax, nome d'un' albero, che produce datoli velenosi.

T E

TEate, opp. Marrucinorum, cujus incolæ dicuntur Teatini, Prol

techna, æ, f. g. Ter. apud Græcos significat artem, apud Latinos vero fere semper sumitur in deteriorem partem, inganno, l'arte d'ingannare, cautela, arte giottonesca.

technophyum, ii, n. g. apud Suet. latine dicitur officina artium, bottega di tutte le arti.

tecte, adv. obscure, Cic. oscuramente, copertamente.

tector, toris, m. g. Var. de rust. l. 3. c. 3. chi imbianca la mura.

tectorium, rii, n. ge. calx. sive crusta inducta parieti, aut muro, qua tamquam pavimento lapides teguntur, quo opus sit pulchrius, Cic. ad Att. l. 2. Plin. l. 39. coperta, che si fa a' muri di calcina. sumitur præterea pro fuco, belletto, Juv. & tectorium linguæ apud Pers. parlare finto.

tectogiolum, i, diminut, Cic. idem, quod tectorium.

tectum, cti, n. g. pars domus summa quæ tegitur, Cic. de clar. Or. tetto coperto.

tectus, a, um, obscurus, & pro taciturno & fideli sumitur, C. coperto, nascosto.

tecum, idem atque cum te, conjunctio pronominis, te, cum præposit. cum, teco, con te.

teda, dæ, f. ge. Plin. albero, del quale si fanno lo facelle, che ardono come cera, e la fiaccola istessa, o facellina.

tedifer, fera, ferum, Ovid. epist chi porta una facella, o torcia.

teges, hujus tegetis, f ge Juv sat. 5. Col. lib. 5. c. 3. coperto di cosa fatta di giunchi, ginestre, canne, o simili.

¶ tegetarius, Gl. qui tegetes facit.

tegeticula, æ, f. g. parva teges, dim. apud Var. de R. R. coperto picciolo.

tegillum, i, n. g. quasi dimin. a tegmen Var. travicello, coperta picciola.

tegmen, minis, n. ge. tegumen, tegumentum, Cic. 5. Tusc. copritura coprimento, coperta, coperchio, Boc.

† tegmentum, ti, n. g. tegumen, tegmen, coperta, cosa da coprire.

tego, gis, xi, ctum, gere, obnubo, offundo, obtego, contego, operio, velo, vestio, convestio, occulto, Cice. pro Quint. & Ovid. 1. Am. occultare. nascondere, coprire, difendere, conservare, Sall. de conjur. Catil.

tegula, æ, f. g. Cic. & Ter. coppo, tegola.

† tegula coctilis. vaso di terra da cuo.

¶ tegularius, figulus.

tegulum, li, n. gen. idem, quod tegmen, Plin.

tegumen, minis, n. ge. tegmen, tegumentum, Cic. ad Att. l. 9. & Ter. in Eun. coprimento, copritura, coperchio.

tegumentum, ti, n. g. tegmen, tegumen Cic. 5. Tusc. & Liv. 5. ab urb. coprimento, copertura, coperchio, Boc.

tela, læ, f. g. Ovid. epist. 1, tela, exordiri telam, cominciar una impresa.

† telephia, chironia, ulcera inveterata, incurabilia.

¶ telesphoria, publicanorum munus, & facultas exigendi tributa.

tellus, hujus telluris, f. g. terra, & ipsa terræ dea, C. 3. de nat. Deor. la terra. quo aqua e puteis hauritur, Sipontinus, l'ancino per cavar l'acqua dal pozzo.

telonium, nii, n. g. banco dei dazieri.

telonarius, rii, m. g. cambiatore di moneta, banchiero.

telum, teli, n. g. jaculum, hasta, hastile, gladius, Cic. in Catil. & in Pisc. dardo, e altre arme, sasso, pietra, lancia, bastone, agere aliquem telis, Virg. perseguitare alcuno con arme.

telifer, fera, ferum, adject. Sen. chi porta dardi, o altre arme.

temerarius, ria, rium, inconsideratus, nullius consilii, præceps, Ovid. epist. 6. & Plaut. in Asin. indiscreto, leggiero, troppo ardito, senza ragione, che opera la volontà, non per ragione, temerario, inconsiderato.

† temeratus, ta, tum, partic. violatus, offensus, læsus, offeso, violato, manus temerata, mano offesa. ejus contrarium, intemeratus, non offensus, inviolatus, unde digne attribuitur Deiparæ Virgini, quæ nulla peccati labe suam innocentiam deturpatam agnovit, Intemerata Virgo.

temere, adv. inconsulte, inconsiderate, nulla ratione, sine judicio, fortuito, fortuitu, Cic. & Ter. in Hec. senza considerazione, inconsideratamente, temerariamente, stoltamente.

temeritas, tatis, f. g. inconsiderantia, Cic. pro Marc. leggierezza, inconsiderazione, temerità.

temero, ras, ravi, ratum, rare, Liv. 6. bel. Pun. & Ov. 3. Met. guastare, violare cose sacre contaminare, macchiare.

temerator, toris, m. g. Modest. falsatore, guastatore.

temetum, ti, n. g. vinum, quod mentem tenet, Plaut. in Aul. Liv, 10. ab urb. vino grande.

temno, mnis, mnere, contemno, Cic. & Virg. 3. Æn. svilire, sprezzare.

temo, monis, m. g. lignum protensum in curru, vel plaustro, quo jugum continetur, Ovid. Met. & Liv. 7. bell. Mac. timone da carro, o carretta.

Tempe, plu. n. indecl. loca amenissima Thessaliæ, unde per synec. sumuntur pro quibuscunque locis placidis luoghi in Tessaglia molto piacevoli; onde significano qualsivoglia luogo piacevole, e dilettevole.

temperamentum, ti, n. g. temperatio, moderatio, Cic. temperamento, modestia, mediocrità, complessione di corpo.

temperans, rantis, adject. continens, moderatus, Cic. pro Font. moderato, rimesso, temperante.

temperanter, adv. temperate, Cic. ad Attic. lib. 9. con modestia, moderatamente.

temperantia, tiæ, fœminin. gener. modestia, moderatio, frugalitas, conformatio, continentia, Cic.

Cicer. lib. 2. de Inv. *temperanza, modestia, continenza.*

Temperatio, tionis, f. ge. temperamentum, moderatio, modestia, Cic. 4. Tusc. *temperamento, modestia, mediocrità, mistura, complessione.*

Temperate, adv. temperanter, Cic. l. 9. Attic. *moderatamente, temperatamen.*

Temperatus, ta, tum, modicus, moderatus, temperans, Cic. 1. de Divin. *temperato, moderato.*

Tempero, ras, ravi, ratum, rare, moderor, mitigo, temperationem facio, misceo, & abstineo, Cic. Tusc. *moderare, temperare, governare.* temperare se vino, Cicer. *astenersi dal vino.* temperare se a lacrymis, Cic. *contenersi da lagrimare.*

Temperator, toris, m. g. Mart. l. 1. & C. in Or. *chi mescola una cosa con l'altra.*

Temperies, riei, f. g. Plin. jun. & Ovid. de Pon. eleg. 7. *temperanza, mistura, complessione.*

Tempestas, statis, f. g. tempus, procella, turbo, calamitas, tempus miserum, Cic. ad Q. Fr. l. 2. & ad Ca. l. 15. *tempo, tempesta, fortuna di tempo, calamità, tempo infelice, fortuna,* & apud Virg. tranquillum, & serenum tempus, *bonaccia, tempo sereno.* tempe stas præterea ponitur pro periculo, ut tempestates subire apud Cic. translate sumitur pro periculis, *pericolo.*

Tempestivus, va, vum, Virg. quod in tempore fit, advenit, *chi è in tempo.*

Tempestive, adv. opportune, in tempore, Cic. & Plin. l. 16. c. 36. *a tempo convenevole, di stagione.*

Tempestivitas, tatis, f. g. opportunitas, Cic. *tempo convenevole, stagione.*

Tempestuosus, sa, sum, tempestate plenus, procellosus, nimbosus, Cel. *pieno di tempesta, di rovina.*

Templum, pli, n. g. fanum, ædes sacra, sacer locus, cella, sacra domus, Cicer. pro dom. sua, & 6. Ver. *tempio, luogo sacro, chiesa.*

Temporalis, & hoc temporale, Quint. l. 6. c. 3. *durante in tempo.*

Temporarius, ria, rium, Plin. l. 16. c. 33. *che para alquanto tempo.*

Temporarie, adv. ad tempus, *a tempo, per poco.*

Temporaneus, a, um, quod ad tempus pertinet, unde extemporaneum pro subito, & non præmeditato, *cosa, che appartiene al tempo, subitaneo.*

Tempori, adv. vel etiam tempore, pro eodem, idem, quod tempestive, Plaut. Cic. *a tempo.*

Temporius, adve. comparat. a positivo tempus, idem quod citius, tempestivius, Ovid. 4. Metamorph. item Plaut. *più a buon'ora, più a tempo, avanti.*

Tempus, oris, n. g. mensura quædam diurni, nocturnive cursus, & motus: & sumitur pro tempestate, & statu animi. item pro calamitosis diebus, & pro capitis parte ad utrumque latus, Cic. 1. de Inv. *tempo, agio, comodità, opportunità, occasione, giorno calamitoso, tempia del capo.* tempori obedire, Cic. *temporeggiare, conformarsi al tempo.* pro eodem dicitur inservire tempori, & est accommodare se ingeniis eorum, quibuscum degis. ex tempore, *all'improvviso.* pro tempore, *secondo che il tempo richiede.* in tempore, *a tempo.*

Temulentus, ta, tum, vinolentus, ebriosus, Cic. *ubbriaco.*

Temulentia, tiæ, f. g. vinolentia, ebrietas, Plin. *ubbriachezza, ebrietà.*

Tenacitas. tatis, f. g. Cic. 2. de nat. Deor. *avarizia.*

† Tenaciter, fortiter, *tenacemente, fortemente,* adverb. a tenax, tenacius, comparat. tenacissime, superl a nominibus tenacior, ius, tenacissimus, ma, mum.

Tenasmus, i, m. ge. species fluxus ventris cum frequenti, licet irrita exonerandi cupiditate, Plin. *forte di flusso di ventre.*

Tenax, cis, adject. Vir. 4. Georg. & Cic. pro Cæ. *chi tien forte, tenace, perseverante, ovvero misero, e ostinato,* Horat.

Tendo, dis, tetendi, tensum, vel tentum, tendere, aliquid cogito, contendo, ad aliquid aspiro, & pro verbo eo, Cic. pro Font. *aver il suo pensiero a qualche cosa, tendere, affrettarsi, andare.* tendere ad altiora, Liv. *affaticarsi di ascendere a maggior grado.* tendere ad urbem, Cic. ad Attic. l. 16. *andare alla città.*

Tendo, nis, m. gen. unde tendones sunt ligamenta illa in extremitatibus masculorum, quibus musculi ossibus insiguntur: a Græcis dicuntur aponeuroses.

Tendicula, læ, f. g. Cic. pro Cæc. *laccio da pigliar uccelli.*

Tenebræ, brarum, f. g. plur. num. obscuritas, caligo, Cic. de nat. Deor. *oscurità, tenebre.*

Tenebricor, aris, tus sum, tenebris offundo, *oscurare, ottenebrare.*

Tenebrosus, sa, sum, obscurus, tenebricus, Cic. de Prov. Consul. *tenebroso, oscuro.*

Tenebricus, ca, cum, tenebricosus, obscurus, Cic. *oscuro, tenebroso.*

Tenebrosus, sa, sum, obscurus, Varr. 3. de rust. c. 9. de gallinis, *oscuro, tenebroso.*

¶ Tenedos, vulgo *Tenedo*, insula in mari Ægeo, inter Lesbum, & Hellespontum contra Trojam, a Sigæo littore 12. mil. pass. distans, a Lesbo 6. mil.

Teneo, nes, nui, tentum, tenere, retineo: item significat adstringo, obstringo, patior, guberno, habeo, contineo, me abstineo, impedio, evinco, convinco, obtineo, maneo, moror, vexo, sustento, alo, pasco, circumvenio, circumvallo, valeo, vigeo, dirigo, faveo, arceo, cohibeo, fræno, custodio, dominor, & teneor, teneris, pass. Cic. Tusc. *tenere, avere, possedere, abitare, sapere.* non teneri legibus, Cic. *non esser astretto, e obbligato a leggi.* tenere provinciam. Ci. *governar una provincia.* tenere aliquid animo, Cic. *possedere, o intendere, o conoscere, o ricordarsi di qualche cosa.* Tulliam adhuc mecum teneo, Cic. *io sin' ora ho meco Tullia.* tenere occasionem, Cic. *pigliar, prender occasione.* tenere se ab aliqua re, Cic. *contenersi, o astenersi da qualche cosa.* tenere hæreditatem, Cic. *ottener una eredità.* tenet me Brundusii, Cic. *egli mi trattiene in Brandizo.* hoc tenebo, Ci. *sopra di ciò sarà la mia disputazione.* animantium vita tenetur cibo, potione, spiritu, Cic. *gli animali si nutriscono di cibo, bevanda, e spirito.* tenemur undique, Cic. *siamo cinti, e circondati d'ogn'intorno.* tenere ordinem, Cic. *servar un'ordine.* tenere portum, Cic. *entrare in un porto.* tenuisti me tuo sermone, Cic. *tu mi hai consolato co'l tuo ragionamento.* tenere locum, Cic. *custodir un luogo.* tenuit te dolor, Cic. *il dolore ti ha impedito.* tenere aliquid firmum, Cic. *aver qualche cosa certa.* egestas te tenet, Cic. *la povertà ti opprime, o travaglia.* cursum tenere ad aliquem locum, C *indrizzar il cammino in qualche luogo.* tenere aliquid manibus, C. *tenere, possedere, aver qualche cosa in suo potere.* quæ te tanta tenuit amentia, Cic. *qual tanta pazzia t'hà preso.* tenere diutius aliquem, Cic. *intrattener alcuno lungamente.* tenere aliquam causam, Cic. *difendere qualche lite.* tenere dolorem, C. *raffrenato il dolore.* tenere facultatem alicujus rei Cic. *esser possessore di qualche cosa.* hoc teneo, Cic. *io osservo questo.* magna spes me tenet, Cic. *ho una grande speranza.* tenuit nos ventus, Cic. *il vento ci ha trattenuti, impediti.*

Tenaciter, adv. Ovid, *tenacemente, con perseveranza.*

¶ Tenesis, cacumen est moli montis, tam insigni aeris temperie, ut incolæ supra centum annos vivant, auctor Muranus.

Tener, ra, rum, mollis, tractabilis, Cice. *molle, tenero, trattevole, di buona pasta.* tenera ætas, Ovid. 4. Trist. eleg. 10. *età fanciullesca.*

Tenellus, la, lum, Plau. *tenerello.*

Tenere, adv. Plin. *teneramente.*

Teneresco, scis, scere, Liv. *divenir tenero, intenerirsi.*

Teneritas, tatis, f. g. mollities, Cic. de fin. *tenerezza.*

Teneritudo, inis, f. g. idem, quod teneritas apud Virg. *tenerezza.*

Tenesmus. *vana volontà di scaricare.*

Teniræ, arum, f. g. plur. num. credebantur esse Deæ sortium, quod tenendi potestatem haberent, Festus. *Dee delle sorti.*

Tenor, noris, m. g. cursus, ratio, Ci. & Quint. lib. 1. c. 5. *ordine, continuazione, tenore, situazione.*

Tento, tas, tavi, tatum, tare, attento, experior, periclitor, conor, Cic. in Parad. *esperimentare, provare, assaggiare.*

Tentatio, tionis, f. g. & tentamentum, commotiuncula, Cicer. lib. 7. Æneid. *sperienza, saggio, prova, tentazione.*

Tentamentum, ti, n. g. idem atque tentatio, Virg. l. 7. Ænei. *prova, saggio.*

Ten-

Tentabundus, da, dum, nunc hoc, nunc illud tentans, multus in tentando, Livius lib. 1. Bell. Punic. *chi prova diverse cose, adesso questa, poco dopo un'altra.*

Tentator, ris, m. g. Horat. *chi tenta, o fa prova di alcuna cosa.*

Tentatus, ta, tum, particip. Ovid. 2. de arte amandi, *chi è provato, tentato.* tentaturus, ra, rum, Virg. 2. Æn. *che ha da tentare.*

Tentigo, inis, f. g. Juven. & author carminis de Priapo, est pruritus in pene, motus libidinis, *prurito delle parti vergognose, tanto dalle donne, quanto dell'uomo.*

Tentipellium, ii, n. g. Iiis est genus calceamenti, quo pellis extenditur, non pellis cruris, sed corium, ex quo fiebat calceus: aliis vero tentipellium est medicamentum, quo rugæ in facie evelluntur, utrumque a tendenda pelle dictum, Festus.

Tentorium, rii, n. g. Luc. l. 1. & Ovid. 1. Fast. *tenda, padiglione.*

Tentum, i, n. g. Catull. proprie est penis tentigine erectus, & distensus, vox obscena. Vide tentigo supra.

Tenuis, & hoc tenue, Exilis, parum locuples ad amplificandum, Cicer. de Fato, *picciolo, sottile, minuto, poco.* tenuis census, Cic. 5. Tusc. *picciole ricchezze.*

Tenuitas, tatis, f. gen. Gracilitas, subtilitas, pauperies, Plin. lib. 8. ca. 33. Cic. Offic. *picciolezza, sottilità, povertà.*

Tenuiter, Adver. Anguste, presse, Cic. 2. de Inv. & Cæs. lib. 3. Bell. Gal. *sottilmente, picciolmente, poveramente.*

Tenuo, as, avi, atum, are, Quint. lib. 3. cap. 20. *estenuare, sminuire, assottigliare.*

Tenus, usque. *fino.* tenus capulo. Vir. 3. Æneid. *fino al manico.* construitur cum ablat. ut patet dicto exemplo, vel cum genitivo, ut crurum tenus apud Virg. 3. Georg.

Tenus, us, m. g. & quartæ declinationis, apud Plaut. est laqueus, quo res tenetur, Nonius, *laccio.*

¶ Tenujarius, qui vestes tenues conficit, Salmas.

Tepeo, pes, pui, pere, Pl. lib. 29. c. 4. *esser tepido.*

Tepefacio, facis, feci, factum, facere, calefacio, Cic. *far tepido.*

Tepesco, scis, pui, pescere, tepeo, *divenir tepido, inchinar al freddo.*

Tepide, frigide, subgelide, *freddamente, tepidamente.* A quo oriuntur tepidius comp. & tepidissime superl.

Tepido, das, davi, datum, dare, Plin. l. 17. c. 26. *far tepido, intepidire.*

Tepidus, da, dum, Virgil. *tepido, tivido*

† Tepidulus, la, lum, Dimi. a tepidus, subtepidus, *alquanto tepido, tepidetto.*

† Tepidule, Adverb. Subtepide, *alquanto tepidamente.*

Tepor, poris, m. g. Moderatus calor, Cic. 2. de Nat. Deor. *tepidezza.*

Teporatus, ta, tum, Adject. Plin. *tepidito, tepido, alquanto caldo.*

Ter, Adverb. numeri, Virg. lib. 1. Georg. *tre volte.*

Tercentum, Virg. 8. Æn. *trecento.*

Tercenti, tæ, ta, trecenti, Cic. de finibus, *trecento.*

Tercenteni, næ, na, idem, Mar. *trecento*

Terdeni, triginta, nomen numerale distributivum, Virg. *trenta.*

Versute, adverbium, callide, vafre, malitiose, C. de Cla. Orat. *Astutamente, con astuzia, accortamente, scaltritamente.*

Versutiloquus, versute loquens, Adjectiv. *Chi parla astutamente, con cautela, e scaltritamente.*

Vertagus, gi, m. g. Mart. l. 14. *Cane che va da se stesso alla caccia, bracco.*

Vertebra, bræ, f. g. sive vertibula Pl *osso della schiena, delle spalle, e simili.*

¶ Vertebratus, a, um, in vertebras conglobatus, *fatto a foggia di vertebra.*

† Vertendus, da, dum, Ov. *Cosa da rivoltare.*

† Vertens, tis, partic. a verto, *Che volge,* Cic.

Vertex, hujus verticis, & vortex, m. g. summa pars, Polus, & pro vento sumitur, C. *Sommità di qualche cosa, vertice.* Ut vertex montis. *Sommità d' un monte.*

Vertibulum, i, idem, quod vertebra, æ.

Verticillum, ne. g. & verticillus. m. g. Pli. lib. 37. c. 2. *Filatojo da tener nel fuso, fusaiuolo.*

¶ Verticordia, Venus, quæ colebatur, ut corda mulierum ad viros proprios converteret.

Verticosus, sa, sum, Liv. *Torto.*

¶ Verticulum, i, instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur, *Cocco, fusaiuolo.*

Vertigo, ginis, f. g. Pl. capitis morbus, Pl. l. 7. c. 6. *Stornimento di testa, vertigine.*

¶ Vertilabundus, vertigine correptus. Var.

¶ Vertius. Magnarum virium dicitur. Pomponius. Homo in currendo vertius, qui cum Atlante contendat. Cic. Pont.

Verto, tis, verti, sum, tere, convello, vario, muto, iter dirigo, commuto. Vir. & C. *Voltare, volgere, rivolgere, mutare.* Vertere omnia, C. 1. off. *Riversciare, guastare il tutto.* vertere iras in aliquem. Liv. *Sdegnarsi contro alcuno.* vertere se in formam alienam, *Trasformarsi.* Vertere orationes, C. *Tradurre di un linguaggio in un altro.* Vertere solũ dicuntur exules, sive relegati, sive profugi mutare patriam quod græci dicunt γῆν πρὸ γῆς idest terram terra commutare, *Esser bandito fuor di paese.* Bene vertere, male vertere. *Succedere ben, o male.* Vir. & Ter. vertere ad se aliquid, C. *Tener per se.* Quocunq; te vertes, C. *Ovunque guarderai.* vertere sententiã, *Mutar parere.* vertere terga, Cæs. *Fuggire,* vertere aliquid. *Considerare qualche cosa.*

Vertens, partic. ut vertens annus, C.

Veru, ne. g. indeclinabile in singulari, in plurali hæc verua, veruum, verubus. Virg. *Schidone, spiedo da arostire, e un' arma.*

Veruculum, li, n. g. Dim. Pl. *Schidone, o spie-*

e spiedo picciolo, spiedetto, schidoncino.
Vervactum, cti, n. g. Pl. Col. *Terreno, che si lascia riposare.*
Vervex, hujus vervecis, ma. gen. C. *Montone, castrone, castrato.*
† Verveceus, a, um, Pla. *Rassomigliante un montone.*
Vervecinus, na, num, C. *Di montone.* ut caro vervecina. *Carne castrata di montone.*
Verum, conjunctio, sed, Ter. & C. pro Mur. *Ma, certo, anzi più.*
Veruntamen. Sed enim, Tere. in And. *Mo, perchè.*
Verum enim, sed, Teren. *Ma.*
Verum enim vero, idem est, quod Sed tamen. C. *Ma nondimeno.*
Verus, ra, rum. Sincer, solidus, expressus germanus, certus, enucleatus, non fucatus, æquus, Ter. C. Cæs *Vero, buono, proprio, naturale, giusto, certo, sincero, chiaro, cosa vera.*
Verum, i, neu gener. substantive, idem quod veritas, C. regula veri, & falsi. *La verità.* Apud Horat. l. 1. Ep. verum est, ponitur pro æquum est. *E' giusta ragione, cosa convenevole.* veri patiens. Cur. *Chi persevera a dir il vero.* veris concedere. Hora. *Acchetarsi alla verità, confessarla.*
Verutum, ti, n. gen. Cæs. l. 9. Bell. Gall. *Dardo curto, e acuto.*
Vesanus, na, num, versco, furiosus, C. pro domo sua. *Fuora di seno, insensato, pazzo, bizzaro, bestiale.* Particula enim ve, significationem rei minuit, ut vesanus, qui minime sanus sit, parum sanus.
Vesania, f. ge. vecordia, Pl. *Mancamento di buon senno, pazzia, bizzarria, bestialità.*
Vesanio, is, insanio, amens sum, item sævio, ferocio, unde vesaniens participium apud Catullum de vento vehementi, & impetuoso. *Impazzire.*
Vescor, ris, vel re, vescitutor cibo, pascor, verbum deponens, C. Virg. *Mangiare, usare cibi.* vesci ex manu Pl. *Mangiare nella mano.* vesci aura ætherea, Virg. 1. Æn. *Esser vivo.*
¶ Vesculi, homines graciles dicuntur, teste Festo, & male curati. *Magri, male nodriti.*
Vescus, vesca, scum, Adjectivum, Vir. 4. Georg. *Buono da mangiare.*
Vescum apud Lucretium, vescum papaver apud Virgilium, frondes vescæ, & ejusmodi, si recte appellare possumus herbas, quas communiter in acetariis adhibemus, ut lactucam, intubum, & ejusmodi vescas, quod eis vescamur.
Vescus præterea ponitur pro parvo, minuto, apud Ovid. & Pli. quia, inquit Gell. vescum dictum est ab esca, præeunte particula illa diminutiva ve, ut vescus sit, quod minime ad escam aptum est. *Picciolo, non atto, cosa, che non è buona a mangiare.*
Vesevus, qui & vesuvius. Mons est Campaniæ, Nolæ vicinus.
Vesica, cæ, f. gen. urinæ receptaculum, folliculus, in quo urina colligitur, C. l. 2. de finib. *Vescica.*

† Vesicula, æ, diminutivum. *Picciola vescica.*
† Vesicaria, riæ, f. g. Pl. *Erba, che è buona per medicare i mali della vescica.*
Vespa, pæ, f. g. Pl. l. 11. c. 22. *Vespa.*
Vespasianus, fuit decimus Romanorum Imperator.
Vesper, peris, & Vesperus, ri, m. g. & vespera, f. g. Hesperus Stella, Stat. *Stella, che sorge, poiché tramonta il Sole.* C. *Vespero, sera.* (*sera.*
¶ Vesperare, est vesperum fieri. *Farsi.*
† Vesperalis, e, *Di sera, di vespero.*
Vesperi, sive vespere, Adverb. Tarde, occidente Sole, C. *Sul vespero.*
¶ Vesperna, cena apud veteres dicebatur. *Cena.*
¶ Vespertinalis, e, ut vespertinalis psalmodia.
Vespertinus, na, num C. 2. de Na. Deor. *Di sera, di vesp.* vespertinus hospes, Hor. *Forastiero, che giunge la sera.*
Vesperascit, in tertiis tantum personis. Tes. in Heaut. *Vien la sera.*
Vespertilio, onis, m. g. Pl. *Pipistrello, vespertilione, nottola, grignacopola.*
Vespillo, lonis, ma. ge. l. 3. Mai. *Sepellitor de' morti, sotterratore.*
Vesta, tæ, f. g. Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoque sumitur, eo quod terra rebus omnibus vestiatur.
Vester, tra, trum, Ter. *Vostro.*
Vestras, m. g. pronomen patrium, C. *Di vostro paese, linguaggio, o terra.*
¶ Vesta antiquior, Saturni mater, terræ præses.
¶ Vesta junior, Sat. filia, præses ignis.
¶ Vestalis, e, ad Vestam pertinens.
Vestiarium, rii, neut. g. Pl. l. 15. c. 8. *Guardavesti.* C. l. 1. c. 8. *Vestimento.*
Vestiarius, aria, arium, ut vestiaria arca, Cat. *Cassa da conservar vesti.*
Vestiarius, substantiv. Ulpian. *Chi fa e vende vesti.*
Vestibulum, li, n. ge. Locus ante ædium januam. Pl. *Entrata della casa.* De cujus vocis etymologia Servius 6. Æn. mirum in modum laborat, & excruciatur, num a stando, num a vesta, num a vestiendo, sed illa quæ est a stando arguta est, ut ideo dictum sit vestibulum, quod minime ibi sistatur, a ve particula, quæ in compositione diminuendi vim habet, & stando: sed omnes grammaticorum etymologiæ affaniæ, & meretricæ sunt.
Vestice, oppid. *Ostia, ne i nomi antichi, e moderni.*
† Vesticeps, cipis. Puer jam puber. Gellius. *Giovanetto, che ha cominciato a metter barba.*
¶ Vestifluus, cui vestis ad talos defluit, Ausonius.
¶ Vestificina, vestium confectio. Tert.
Vestigium, gii, n. g. Signum, nota, monumentum, reliquiæ, C. Virg. 4. Geor. *Vestigio, segno che lascia il piede, o pedata. Apparenza, o segno, che resta di qualche cosa.* vestigia consequi, C. *Seguire le pedate, la traccia.* vestigiis omnibus indagare, C. *Cercare il tutto con diligenza.*

Vestigo, gas, avi, atum, are, indago, quæro diligenter, perquiro, C. l. 3. de Orat. *Investigare, cercare diligentemente.* vestigare odore, Plin. *Cercare fiutando, come i cani, quando cercano le salvaticine.*
Vestigator, toris, Verb. indagator, Col. l. 6. cap. 8. *Investigatore, cacciatore.*
Vestimentum, ti, n. g. vestitus, vestis, C. pro Mil. *Abito, vestimento.*
Vestini, *Pesaro fino al Gariliano, o l'aquila ne i nomi antichi, e moderni.*
Vestio, vestis, ivi, itum, vestire, induo, tego, obduco, Terent. *Coprire, vestire.* Ali, & vestiri ab aliquo, C. *Esser vestito, e nodrito.*
Vestitus, ta, tum, participium, Indutus, C. *Vestito, cosa vestita, o addobbata.*
Vestis, hujus vestis, f. g. vestitus, vestimentum, C. 7. Verr. *Vesta, abito, vestura.*
† Vestispicus, vestispici, & vestispica, cæ, Varr. *Servitore, o serva, che ha cura delle vesti.*
† Vestitissimus, ma, mum, Col. *Che ottimamente è vestito.*
Vestitus, tus, m. g. vestis, vestimentum, C. l. 1. de Nat. Deo. *Vestimento, veste, abito.*
Vesuvius, & vesevus, Mons est campaniæ non procul a Nola.
¶ Verans, tis, particip. a Veto, C. *Che vieta.*
Vetatio, onis, f. g. verb. a veto. vetas, *Proibizione.*
Veter, adjectivum, unde compar. veterior apud Plautum, & superlat. veterrimus apud C. Virg. & Tacit. licet ipsum non adeo sit in usu, sed casus suos aliquos mutuo dedit alteri voci synonymæ, nimirum vetus idem, quod senex, vetustus. *Vecchio.* Apud Ennium cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.
¶ Veteramenta, vetera coria.
Veteramentarius sutor, Svet. *Zavattiero.*
Veteranus, na, num, Cæs. *Veterano, pratico, vecchio, antico,* ut veterani milites dicebantur, qui viginti annos militaverant.
Veterasco, cis, ascere, Col. *Invecchiare.*
Veterator, ris, m. g. Ter. & C. l. 5. de Fin. *Malizioso, trincato, scaltrito, cauteloso, astuto, giotto, cattivo, tristo, di mal pelo.*
Veteratorius, ria, rium, *Ingannatore, astuto.*
Veteratorie, Adverbium, versute, callide, subdole, vafre, C. *Astutamente, con cautela.*
Veteratrix, cis, f. g. *Donna astuta.*
Veterinus, na, num, ut veterina animalia, Pl. l. 11. c. 46. *Ogni bestia da soma, come cavalli, asini, muli, e simili da vettura.*
Veterinarius, rii, m. g. Col. l. 11. c. 1. *Mulattiero, palafreniero, mariscalco, che medica cavalli, ferra cavalli, e altre bestie grosse. Vetturino.*
Vete-

Veterinarius, aria, arium, ut veterinaria medicina, Col. l. 7. c. 3. *Medicina, che si dà a un cavallo da soma.*
Veternus, ni, m. g. Morbus saniem inducens, pigros homines faciens, & somniculosos, C. *Mal Mazzucco infermità per troppo ozio, la quale induce estremo sonno.* Vir. *dappocaggine, tardezza, pigrizia,* Labore veterno, *Esser pigro, non saper far niente, pigrizia.*
Veternosus, sa, sum, Somno gravatus, Pl. *Addormentato, gravato molto dal sonno.*
Vetero, ras, are, Gel. & Cel. l. 3. c. 12. *Invecchiare.*
Veterrimus, ma, mum, superlativum, antiquissimus, *Vecchissimo, antichissimo,* Ab inusitato positivo veter, quod vide supra suo loco.
Veto, tas, vetui, vetitum, vetare, prohibeo, absterreo, C. & Cæs. *Proibire qualche cosa, vietare.*
Vetones, Hispaniæ citerioris sunt populi inter Tagum, & Duriam amnes siti.
Vetonica, æ, f. g. sive betonica, *Erba betonica,* vide betonica, sic dicta a Vetonibus populis Hispaniæ, qui primi illius herbæ usum invenerunt.
Vetitus, ta, tum, partic. Vir. *Proibito, vietato.*
Vetitum, vetiti, n. g. Vir. *Cosa proibita, vietata.* Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, Ov. 3. amorum, *Sempre vogliamo far le cose vietate, più tosto, che quelle, che sono comandate.*
Vetus, hujus veteris, adjectivum, antiquus, vetustus, priscus, C. pro Cæc. *vecchio, antico, e vetusto.* Dant. ponitur etiam pro carioso, & rancido. *Rancio, tarmato.*
Vetulus, la, lum, antiquus, Cic. *Vecchietto.*
Vetustus, sta, stum, antiquus, vetus, Cic. *Antico, vecchio, vetusto.* Dant.
Vetuste, adverb. vetustissime in usu est, Pl. l. 27. c. 8. *Anticamente.*
Vetustas, tis, f. g. Antiquitas, senectus, C. de Amic. *Vecchiezza.* vetustate abiit memoria, Liv. *Egli è tanto tempo, che non se ne ha memoria.*
Vetustesco, is, scere, inveterasco, vetustatem acquiro, Col. *Invecchiarsi, diventar vecchio.*
Vexillum, li, n. g. Signum militare, Cæs. *bandiera, stendardo,* Vexillum autem factum ex velo, ac si primo dictum fuisset vesillum, & postea mutata littera s, in x, dictum esset vexillum, contra C. in Or. docet velum factum esse ex vexillo, sicut ex paxillo palus, ex axilla ala, elisis nonnullis litteris.
Vexillarius, rii, m. g. vexillifer. *bandierale, Alfiero.*
Vexillatio, onis, fæ. g. Sve. in Galb. c. 20. *compagnia di soldati sotto una bandiera.*
Vexo, xas, avi, atum, xare, Agito, exagito, diripio, populor, C. 2. Ver. *disturbare, travagliare, tormentato molestare, nojare, smovere, struggere.*
Vexatus, ta, tum, partic. Agitatus, exagitatus, C. *Travagliato, tormentato, afflitto, molestato.*
Vexatio, onis, f. g. Ver. Agitatio, Cic. *Travagliamento, molestia.*
Vexator, oris, m. gen. Verb. Exagitator, *chi tormenta fieramente.*
Ufens, fluvius est, ut refert Pl. l. 3. c. 5. & Virg. l. 7. Æn.

V I

¶ VIa, fluvius Gallæcorum Lucensium, in citeriori Hispania, non procul ab Orbio promontorio in oceanum Occidentalem sese exonerans, auctore Prol.
Via, viæ, f. g. Iter: item pro modo, ratione, forma, instituto, C. 1. Phil. *Via, strada, modo, maniera.* Ut viarum angustia, Virg. *Strettezza delle vie,* Via ad gloriam proxima, C. *via di pervenire alla gloria.* Item *Usanza.* Via præterea sumitur pro itinere, C. 1. Phil. cum de via languerem, *Viaggio.*
Via publica, basilica, prætoria, consularis, regia, pro eodem sumuntur, nisi quod a Romanis dicebatur prætoria, & consularis, a Græcis basilica, & nunc in eis regionibus, ubi reges dominantur, Regia. *Strade pubbliche, via pubblica.*
In viam se dare, viæ se committere, viam facere, viam aperire, viam invenire, idest exitum, & ejusmodi notissima, & familiaria omnibus.
Viare dolia, Viv. *cerchiare le botti.*
Viator, toris, ma. g. iter faciens, C. pro Mil. *Viandante, passeggiere.*
Viatorius, ria, rium, Pl. l. 16. c. 10. *che serve per cammino, e viaggio.*
† Viaticor, aris, viaticum paro, pl. *Apparecchiare le cose necessarie per il viaggio.*
Viaticum, ci, ne. g. *Ogni cosa portata per andar in viaggio, come vettovaglia, o danari.*
Viaticus, a, um, ut cœna viatica, quæ datur amico abeunti, ac iter facturo, Pl. quemadmodum solet fieri inter nautas, & mercatores, qui sæpe domum commeant, remeantque, & utroque tempore cœnis indulgere solent. in discessu dicitur cœna viatica, qua bene optant discedentibus, in reditu vero cœna quam novo vocabulo appellare possumus reducem, qua redeuntibus gratulantur. discedentium autem est præbere amicis, & sodalibus viaticum, amicorum vero redeunti reducē cœnam exhibere.
Vibex, cis, f. ge. Signum verberis in humano corpore remanens. Pers. *Segno, lividura rimasta nel corpo per le battiture.*
¶ Vibra, apposita pertica.
Vibo, nis, & vibones in plurali sunt flores herbæ Britannicæ, qui manducati ante tonitrua a fulmine nos tuentur, nec non adversum serpentes, & anginam, aliaque mala, si fide digna res est, valent, ex Pl. 15. c. 3. *Nome d' un' erba maravigliosa.*
Vibrissæ, arum, f. g. & vibrissa, æ, sing. pili in naribus hominum, quod ex eorum evulsione caput vibremus. *Peli nelle narici del naso.*
Vibrissare, est vocem in cantando crispare, sicut solent cantores, cum imitantur merulam, aut aliam volucrem, Festus,
Vibro, bras, bravi, bratum, brare, Agito, tracto, C. 2. de Ora. *Vibrare, muovere, crollare, o lanciar un dardo, o altra cosa.*
Vibrans, par. C. de Cl. Ora. vibrans lingua. *Lingua, che spesso si muove.*
Vibratus, ta, tum, Agitatus, Ci. & Vir. *Gettato, lanciato.* Pl. *Scrollato, conquassato.*
Viburnum, ni, n. ge. genus fruticis; Vir. 1. Eclog. *Sorte d' albero.*
Vicanus, ni, C. *Abitatore in villa*
¶ Vicapora, seu vicapoca, vis est, & numen vincendi, potiundique.
Vicarius, Successor, qui vicem alterius obtinet, C. l. 9. Epist. *vicario, ch' e Luogo tenente in offizio.* Vicarium dare, C. *Metter uno in suo luogo.*
Vicatim, adverbium, Per singulos vicor, C. pro domo sua. *Per villaggio, per varie ville.*
Vicem, & in ablativo vice, Vir. & C. *Permutazione, vicenda.*
Vicenarius, ria, rium, Pl. *ventesime.*
Vicentia, urbs non procul Patavio, cujus Pl. meminit l. 3. c. 16. *vicenza.*
Vicenus, na, num, Pl. *venti.*
Vicesimus, ma, mum, vigesimus, C. l. 2. de finib. *ventesimo.*
Vicesima, mæ, fœ. g. C. ad Att. l. 2. *ventesima parte di ogni cosa.* vide plura in vigesima.
Vicia, ciæ, f. g. Leguminis genus, Pl. l. 8. *veccia grano.*
Viciarium, rii, ne. g. Col. l. 3. c. 4. *Luogo seminato di veccia.*
Vicies, Adverb. Mart. & Plin. *venti volte.*
† Vicinalis, le, Liv. quod ad viciniam pertinet.
Vicinia, niæ, f. g. vicinitas, Cic. 1. Tusc. & Ov. *vicinanza, vicinità, vicinato.* Qu. *Sembianza, similitudine,* Col. *Luogo circonvicino.*
Vicinus, na, num, Fimitimus, propinquus. C. *vicino, propinquo.*
Vicinitas, tis, f. g. propinquitas, C. 6. Ver. & Ter. *Vicinità, vicinanza, assembramento di gente, luogo circonvicino.* Pl. *Similitudine.*
Vicis, cis, cem, vice, Plu. vices, vicibus, vices, *Permutazione, vicenda, e offizio,* ut vice pedum serpere, Pla. *In luogo de' piedi.* vice fungi aliena, Liv. *fare l'altrui offizio.* & sumitur pro fortuna, & sorte, ut vicem nostram dolere, C. *Dolersi della nostra fortuna.* vicem reddere, Pl. Jun. *Render altrettanto.*

Vi-

Vicibus, *A volte.* ut vicibus reticere, Plinius, *Tacere a vicenda uno dopo l'altro.*

Vicissatim, pro vicissim, apud Pla. *Scambievolmente, uno dopo l'altro, e parimente.*

Vicissim, Adverb. invicem, pariter, Ter. Vir. 5. Ecl. Cic. 3. Acad. *Scambievolmente, a vicenda, uno dopo l'altro, similmente, parimente.*

¶ Vicissitas, atis, apud antiquos pro vicissitudine. Accius apud Non. vicissitatemque impetrandi tradit.

Vicissitudo, nis, fœ. g. commutatio, alternatio, varietas quædam, C. l. ar. Tusc. *Cambiamento di tutte le cose.* vicissitudo est omnium rerum, Ter. *Ciascuna cosa ha il suo ritorno, e rimutamento.*

Victima, mæ, fœ. g. Hostia, C. pro L. Flac. *Sacrificio fatto per acquistar vittoria.* victima enim proprie erat hostia, quæ pro obtenta victoria immolabatur, a victoria dicta, hostia vero ab hostibus devictis. sumitur præterea victima pro ipso animali ad sacrificium destinato, *Bestia da sacrificio, animale per sacrificare.* vel pro sacrificio, *il sacrificio stesso*, Ov. & Cic.

Victimarius, Subst. Sacrorum minister, Valer. Max. Pl. *Chi vende animali, da sacrifici, e ministro da sacrifici.*

† Victimo, offero, sacrifico, Apul.

Victito, tas, avi, atum, tare, Ter. in Eun. *Usare per lo più una sorte di vivanda, vivere.*

Victor, oris, m. g. Verb. a vinco, vincis, palmam ferens, Cæs. *Vincitore.*

Victoria, riæ, f. g. palma, triumphus, trophæum, res bene gesta. C. pro Marcel. *Vittoria.* victoriam consequi, C. *Ottener vittoria.* Et pro eodē victoriam de hostibus reportare, victoriam parare, extorquere vero victoriam, & victoriam eripere, est, cum victoria ad hostē inclinabat, renovato prælio, ac viribus eam recuperare. Sic victoriā in manu habere, & ejusmodi alia facilia, & utilia. victoria insolens, C. quæ reddit homines insolentes, īnflat enim animos, facitq; ut nunquam adversa metuamus, ac locum feritati, & immanitati in victos præbet, *La Vittoria, che rende gli uomini crudeli, e superbi.*

† Victoriatus, ta, tum, Adject. ut victoriatus nummus, *Ornato di vittoria, danaro stampato con la vittoria descritta.* Dici possunt nummi argentei, qui D. Justine referunt victoriam in se cæsam.

Victoriosus, Adject. Victor. Cat. *Vittorioso, che ha guadagnato vittoria.*

Victrix, cis, f. g. verb. Cic. ad Brut. *Vittoriosa, vincitrice.*

Victus, ta, tum, partic. a vincor, vinceris, superatus, subactus, cōnvictus, fractus, C. 2. de Div. *Vinto, superato.* victæ opes, C. *Forze abbattute.*

Victus, hujus victus, m. g. verbale a vivo, vivis, Ulp. C. de Amic. & r. off. *il vivere.*

Victus penuria, Horat. *Mancamento di vettovaglia.*

Vicus, ci, m. g. C. ad Ter. & Cæs. *borgo, contrada, calle, callesecla, sestiere, vicolo, o villa.*

Viculus, li, m. g. Diminut. *borgo picciolo, borghetto, villetta.*

Videlicet, Adverbium, Nimirum, scilicet, nam, enim, C. & Ter. *Certamente, cioè, come sarebbe a dire.*

† Viden? pro videsne? *Vedi tu?*

Video, des, vidi, visum, videre, cerno, conspicio, prospicio, provideo, aspectu sentio, vel percipio, Cicer. Vir. Ter. *vedere, guardare, riguardare, provedere, prender riguardo, e considerare.* videre aliquid animo, C. *Contemplar nell'animo.* videre de reliquo, *Proveder al rimanente.* videre somnum, C. *Dormire.* Non vides mecum, C. *Tu non antivedi meco.* vide, quanti te facio, C. *Considera, quanto conto tengo di te.*

Videtur, batur, visum est, impersonale passivum, pro apparet, placet, lubet, C. & alii, *Parere, piacere.* Sic visum mihi, *Così è piaciuto a me.* Sic visum est superis, *Così ha piaciuto a Dio.* Si videbitur, C. *se ti parerà bene.* & infinita alia ejusmodi.

Videns, videntis, partic. cernens, prospiciens, previdens, C. *Chi vede, provede, e considera.*

Vidua, duæ, f. g. mulier viro orbata, C. *vedova, senza marito.*

Viduo, viduas, duavi, duatum, duare, Orbo, seu privo, Col. & Vir. *Privare di qualche cosa.*

Viduatus, duata, duatum, par. privatus, orbatus, Luc. Manuum viduata portenta, *Mostri privati delle mani.*

n Vidubium, seu viduvium, sive viduitas, seu celibatu. pena, afflictio.

Viduus, dua, duum, privatus, orbatus, & desertus, Hor. Ov. & C. 2. Tusc, *vedovo, privato di qualche cosa.* viduo jacere toro, Ov. *Dormire senza donna, o marito.* Sic noctes viduæ, Ov.

Viduertas, tatis, f. g. apud Cat. pro calamitate ponitur, *Calamità, rovina.*

Viduitas, tis, f. g. Cic. pro Cæl. *Viduità, vita vedovile, povertà, e carestia.*

¶ Vidulus, i, Bulga, vel sacculus, quo viatores pecuniam, aliasque res caras circumferunt, *bisaccia, valigia, borsa.*

Vienna, *Vienna Città d'Austria.* ne' *nomi proprj.* Pl. Vianam appellat.

Vieo, vies, vievi, vietum, viere, Var. lib. 3. de re rust. *Legare con verghe, cerchiare.*

Vietus, vieta, tum, Imbecilis, languidus, mollis, Cic. *Molto intenerito, di poche forze, ch' ha perdute le sue forze, effemminato.*

Vietor, vietoris, m. g. Verbale, qui vasa vinaria religat, Ulp. *bottaro, cerchiaro, che fa botte.*

Vigeo, viges, gui, gere, Floreo, Cic. & Hor. *Esser nel primo vigore, e forza.* vigere animo, Cic. *Esser nel vigore dell'animo, sul fiore.*

Vigens, gentis, partic. Florens, C. *Vigoroso.*

Vigesco, scis, scere, Cat. *Cominciare a pigliar vigore.*

Vigesima, æ, tributi genus, cum ex centum minis, quinæ exiguntur, Pl. *La vigesima, ventesima parte, una sorte di dacio, per la quale si pagava cinque per cento.*

Vigesimarium aurum a Livio dicitur, quod ex vigesimis tributim colligebatur. quid autem sint vigesimæ, vide supra.

Vigesimus, ma, mum, Cic. *Ventesimo, vigesimo.*

Vigessis, hujus vigessis, com. gen. Mart. l. 12. *Che costa venti danari.*

Vigil, hujus vigilis, Com. gen. vigilans, C. 6. Ver. *Vigilante.* Adjectivum est. vigil vero substantivum ponitur pro nocturno custode, unde præfectus vigilum, *capitano della guardia*, Cic. & alii.

Vigilo, las, lavi, latum, lare, Excubo, in vigilia maneo, C. de Somn. Scip. *Vigilare, vegliare.* Vigilare ad multam noctem, vel multa nocte. C. *Vegliare buona parte della notte.*

† Vigilandus, da, dum, partic. C. *da esser vegliato.*

Vigilans, hujus vigilantis, Adject. Acer, attentus, C. 2. Ver. *Vigilante, diligente, attento nei suoi fatti.*

Vigilantia, tiæ, f. g. Diligentia, studium, cura, providentia, C. *Vigilanza, diligenza.*

Vigilanter, Adverb. Diligenter, C. Ver. *Vigilantemente, attentamente, con diligenza.*

Vigilia, liæ, f. g. Lucubratio, custodia, cura, excubiæ, C. & Cæs. *Vigilia, guardia, gente d'armi.* agere vigilias, C. *Far guardia di notte.*

Vigilarius, rii, ma. g. apud Senecam pro custode, excubitore, vigile, *Guardia di notte.*

Vigilax, cis, Adject. apud Colum. vigilans, *Vigilante, che vegghia facilmente.* Vigilandi patiens, adjectiva enim ejusmodi in ax desinentia aptitudinem, & habilitatem ad aliquid agendum significant. Unde canes vigilaces appellat ibidem Columella, quia & facile vigilant, & subito expergiscuntur, *cani, che vegghiano facilmente.*

† Vigilor, aris, atus sum, pass. a vigilo, Ov. *Esser vegliato.*

Viginti, Adjectivum, plu. num. indeclin. C. l. 3. Ora. *venti*, vigintiviri, Cic. *Magistrato Romano di venti uomini.*

† Vignum, herba est foliis amplis, pusillo caule, & radice longa, cibis idonea: quum Ægyptii colligere solent, eaque deorum, aras coronare. Theophrastus.

Vigor, ris, mas. gen. Vis. Plin. l. 6. c. 25. *vigore, forza, franchezza, gagliardezza.*

† Vigoratus, vigore præditus, Apul.

† Vigorosus, Onom. id est vigore plenus.

Vilesco, scis, scere, vilis fio, *Avvilirsi.*

Vilis, & hoc vile, vulgaris, contemptus, abjectus. humilis, plebejus, communis, contritus, infirmus, sordidus, C. ad Qu. Frat. l. 1. *Vile, di poco valore, prezzo, e stima, conto, di buon mercato.*

Vilitas, tatis, fœ. g. *Buon mercato.*

† Vilito, tas, tavi, tatum. Vile facere, Turn. *Render vile.* Vilius, Adverbium comparat. Pl. *A più basso prezzo.* vilissime superlat. Colum. *A bassissimo prezzo.*

¶ Vilius, & vilissime, adverbia, minoris pretii, *Di minimo prezzo*, Pl.

Villa, læ, f. g. Rus, Cic. pro Qu. Rosc. *Villa, Castello.* villa rustica, *Casa di lavoratori.*

Villanus, i, m. g. olim dicebatur, qui in villa habitabat, villicus, rusticus, nunc in contumeliam conversum est pro vili, & incivili, *Villano, rozzo, vile.* Budæus.

Villula, læ, Dimin. C. ad Att. l. 4. & Hor. *Villa picciola, Villetta.*

Villaris, & hoc villare, *Di villa*, ut villares gallinæ. Pl. *Galline di villa.*

Villaticus, ca, cum, Col. l. 7. c. 11. *D. villa, villesco.*

Villicus, villici, m. g. custos villæ, C. 4. Tus. Hor. & Var. *Contadino, uomo di villa, fattore.*

Villica, cæ, fœ. gen. Col. *Femmina di villa, contadina.*

Villico, nis, ma. g. apud Apelejum pro villico, seu præfecto villæ, *Fattore, Gastaldo.*

Villico, cas, care, & villicor, caris, cari, deponens, Pl. *Governare la villa, lavorare la terra, o far altre opere rusticane.*

Villicatio, nis, fœ. gen. Col. *Governo di villa.*

Villum, li, neu. gen. Diminut. a vinum, Ter. in Adelph. *Vinetto, picciolo vino.*

Villus, li, m. g. pilus, C. & Mart. *Pelo, e un mazzo di settole.* & villi dicuntur *Fiocchi.*

Villosus. sa, sum, Pl. *Peloso, fioccoso.*

† Villula, læ, Dimin. C. *Villetta, villa picciola.*

Vimen, nis, n. g. Col. Virg. & Cæs. *Ogni verga pieghevole di stropa, stropa, vimine, legame fatto di vimine, salice, vite, e simili.*

Vimineus, nea, neum, Col. *Fatto di vinchi, o altre verghe.*

Viminalis, & hoc viminale, Pl. & Col. *Conveniente a legare, e che fa vimine, o strope.*

Vinacea, ceorum, n. g. plur. num. Col. *Vinaccia d'uva.*

Vinacea, ceæ, f. g. Col. & Pl. l. 17. c. 22. *Avanzature delle graspe spremute, vinaccie, vinaccioli.*

Vinaceus, a, um, idem, C. *di vinaccie, vinaccioli.*

Vinago, ginis, fœ. g. Palumbi, seu columbæ species, *Specie di Colombo salvatico.*

Vinalia, orum, & ium, ne. g. pluralis, festa Romanorum 10. Kalen. Maji, quibus vinum novum Jovi libabatur, Pl. *Feste de' Romani nell'Aprile, nelle quali offerivano a Giove il vino nuovo.*

Vinarius, rii, ma. g. Svet. & Ulp. *Venditore di vino, taverniero, e ubbriacò.*

Vinarius, ria, rium, C. *che serve a vino.* Taberna vinaria, *Magazzino di vino.*

Vinca, cæ, f. g. Pl. *Erba sempre viva.*

Vincio, cis, xi, vinctum, cire, colligo, constringo, C. pro Marcel. & Virg. *Ligare, o legare.* vincire tempora floribus, Hor. *Coronare le tempie con ghirlanda di fiori.*

Vinctus, cta, ctum, particip. colligatus, obstrictus, C. *Ligato, legato.*

† Vinctus, ctus, m. g. Ligamen, Var. *Legame.*

Vinctura, cturæ, f. g. Pl. *Legamento.*

Vinculum, li, n. g. nodus, C. *Legame, prigionia.* vincula adhibere captis, Ov. *Legare i prigioni.* vinculum jugale, Vir. *Matrimonio.*

Vinco, cis, ici, ctum, cere, supero, devinco, expugno, obtineo, frango, rem bene gero, victoriam reporto, subigo, domo, felicissime decerto, secundum prælium facio, superior sum, litem, vel causā obtineo, C. in Catil. & Cæs. *Superare, farsi superiore, vincere.* vincire animum, Pla. *Vincere se stesso.* vincere cibum, Pl. *digerire.*

Vincibilis, & hoc vincibile, superabilis, Ter. in Phor. *Atto ad esser vinto, vincibile.*

† Vincula, orum, n. g. plur. num. carcer, C. *Prigione.*

Vindemia, miæ, f. g. Virg. *Vendemia, raccolta.* Transfertur etiam ad collectionem aliarum rerum, ut vindemia mellis, Colum. *La raccolta di mele.*

Vindemiola, læ, Dim. parva vindemia C. ad Att. l. 1. *Vendemia picciola.*

Vindemio, mias, avi, atum, miare, Pl. l. 11. c. 2. *Vendemiare.*

Vindemiator, toris, mas. gen. Verb. Col. & Hor. 2. Ser. Sat. 2. *Vendemiatore.*

Vindemiatorius, a, am, quod ad vindemiam spectat, Var. *Cosa pertinente alla vendemia, da vendemiare.*

† Vindemiola, æ, Dim. C. *Vendemietta, vendemia picciola.*

† Vindex, nomen servi fuit, qui detexit conjurationem, Pl. in Public. idem a Livio appellatur Vindicius.

Vindex, cis, com. g. ultor, Cic. ad Sext. l. 5. Epist. *Vendicatore, difensore, chi fa vendetta di qualche cosa, chi mette in luogo sicuro, e difende.* Vindex libertatis, C. *Custode, o difensore della libertà.*

Vindiciæ, ciarum, f. g. plur. num. Li. *Termini assegnati dalle leggi, fin che si determina la sentenza.* Vindiciæ erāt adjudicationes, aut sententiæ judicis de re aliqua, qua alterutri rem fruendā adjudicabat, interim dum lis in judicio penderet, quam nunc vulgo appellāt recredentiam: unde quia apud Romanos multę oriebātur lites de libertate, & servitute, cum Prætor sententiam tulisset, ut servus durante lite pro libero haberetur, dicebantur Vindiciæ secundum libertatem, contra, si pro servo haberetur, vindiciæ erant secundum servitutem.

Vindico, cas, cavi, catum, care, Vindictam sumo, punio, tueor, libero, C. 2. de leg. *vendicare, punire, liberare.* Ad suos vindicare, C. *Ricorrer ai suoi.* vindicare a labore, C. *Esentare dalla fatica.* vindicare ab injura, C. *difendere dalle ingiurie.* vindicare in libertatem, C. *Restituire la libertà.*

Vindicatio, nis, f. g. Ver. C. 2. de Invent. *Vendetta.*

† Vindicatrix, cis, f. g. mulier, fœmina ulciscens, sic etiam dextera vindicatrix, *Mano vendicatrice.*

Vindicta, ctæ, f. g. ultio, & animadversio pro delicto, Ov. *Vendetta.* & item libertas, sive prætoris virgula, qua servis se donare libertatem significabat, cum ea caput tangebat, C.

¶ Vindius, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, l. 2. c. L.

Vinea, neæ, f. g. Locus vitibus consitus, vinetum, C. Vir. Ov. *Vigna, vignuola.* Est etiam vinea, machina bellica, & expugnatoria, sub qua milites consistentes muros civitatis oppugnabant: erat autem ejusmodi vinea tecta lignis, & cratibus, & vimine, ut milites a saxorum, & telorum impetu defenderentur, C. & Pla. *Macchina da guerra, della quale Vegezio ne fa menzione.*

Vinealis, & hoc vineale, ut vinealis terra, Col. l. 3. c. 12. *Terra da viti.*

Vinearius, ria, rium, Col. 5. c. 5. *di vite.*

Vineaticus, ca, cum, Var. & Col. *Che serve a vite.*

Vinetum, ti, n. g. vinea, C. de Nat. Deor. Quint. *Luogo piantato di viti, vigna, vignuola.*

Vinipotor, toris, *Bevitore di vino.* Pl.

Vinitor, toris, m. g. vinearum cultor, Virg. C. 6. de finib. *Vignajuolo, coltivatore di viti*, & apud Col. dicitur vinipotor.

Vinitorius, ria, rium, ut vinitoria falx, Colum. *Coltello da potare le viti, padaruolo.*

Vinolentus, ta, lentum, ebrius, vini plenus, temulentus, C. 4. Acad. *Cotto da vino, pieno di vino, ubbriaco, ebbro.*

Vinolentia, lentiæ, f. g. Ebrietas, C. in Topicis, *Briachezza, ubbriachezza.*

Vinosus, sa, sum, Ov. de Art. *Vago del bere, dedito al vino.* Pl. *Briaco*, Pl. *Che ha gusto di vino.*

Vinulus, nula, lum, vox est conficta a Pl. pro suavi, *dolce come il vino.*

Vinum, ni, neut. g. Mart. C. & Vir. *Vino*, vinum doliare, Ulpian. *Imbottare il vino*, vinum fugiens, C. *Vino che si guasta.* vina in plurali, Vir. l. 2. Æneid. ponuntur pro poculis, *Bicchieri.*

¶ Vio, viam, iter facio.

¶ Viocurus, qui vias curat, ædilis.

Viola, læ, f. g. Floſculus purpurei coloris, Cic. 5. Tuſc.

Violarium, rii, n.g. locus, ubi violę creſcunt, locus violis conſitus, Vir. 4. Georg. Ovid. 8. Faſt. *Violaro*.

Violaceus, cea, ceum, purpureus, Plin. *Color violetto, color di viola*.

Violarius, Adject. pl. *Tinto di viola*, & violarius ſubſtantivum, *Tintore di pavonazzo*.

Violo, las, lavi, latum, lare, Lædo, offendo, polluo, macula afficio, imminuo religionem, Cic. 3. de Nat. Deor. *Violare, guaſtare, offendere, macchiare, corrompere, e fare oltraggi*. Violare fidem conjugis, Pl. *Violare la fede matrimoniale*.

Violatus, lata, latum, particip. Læſus, Ovid. Tibul. & Liv. *Violato, oltraggiato*.

Violatio, tionis, f.g. Ter. & Liv. Bell. Pun. *Violazione, corruzione, violenza*.

Violator, toris, m. g. Verb. Liv. *Diſtruttore, violatore*.

Violabilis, & hoc violabile, Adj. Virg. 2. Æn. *Che ſi può violare, violabile*.

Violentus, lenta, lentum, qui vim affert, Cic. & Virg. *Violento, impetuoſo*.

Violenter, Adver. Injurioſe, per vim, Cic. *Violentemente*.

Violentia, tiæ, f. g. vis, impetus, Cic. *Violenza, impetuoſità*.

† Violentius, adv. comp. a violentus, *Più sforzatamẽte, con maggior offeſa* & nomen violentior, jus, oris, violentiſſimus, ma, mum. ſuperl.

Vipera, ræ, f. g. Pl. Cic. de Aruſp. reſp. Ovid. *Vipera, ſerpente*.

¶ Viperalis, ad viperam pertinens. Viperalem rutam appellatam tradit Apulejus, quod ſerpentibus, & viperis reſiſtat.

Vipereus, a, um, viperinus, Virg. 7. Æneid. & Ovid. 2. Met. *Di vipera, o ſimile alle vipere*.

Viperinus, na, num, Pl. Cic. 2. de fin. Virg. *Di vipera*. Ut caro viperina, e qua fit theeiaca, *Carne delle vipere, della quale ſi fa la triaca*.

Vipiones, *Uccelli, che ſono minori delle gru, di quella ſpecie*.

Vir, hujus viri, maſ. gen. fortis homo, & virtute præſtans, Cic. *Uomo*. Ter. *Marito, uomo valente*. vir gregis ipſe caper, Virg. Eclog. 7. Periphraſis, & elegans Epitheton capri: ſemivir ponitur pro eunucho, effęminato: *Eunuco, caſtrato, effeminato*.

¶ Vipretum, & vipreta, idem, quod vepretus.

Virago, ginis, fœ. gen. Pla. & Ovid. 2. Metam. *Femmina, che fa opere virili, che tiene dell'uomo*.

¶ Vira, femina homo, viro oppoſita ſexu.

Vireo, res, rui, rere, Virg. & Cic. 4. Tuſcul. *Verdeggiare, eſſer verdeggiante, eſſer verde*.

Viresco, ſcis, ſcere, Pl. & Virg. 1. Geor. *Divenir verde, verdeggiare, e racquiſtare le forze*.

Virens, tis, particip. Horatius, ut ager virens, *Verde, verdeggiante*.

Viretum, i, n. g. & vireta, orum, in plu. Virg. *luogo di verdura*.

Vires, virium, viribus, nervi, robur, vis Cic. *Forza, poſſanza, virtù, violenza, sforzamento*. Vide in verbo vis.

Virga, gæ, f. g. Flagellum, Cic. pro Rabir. *Verga, bacchetta, vimine*. Virga cenſoria aliquid notare, eſt corrigere, emendare aliquid ea authoritate. Virga enim ponitur pro authoritate, quia magiſtratibus virgę, & faſces præferebantur in fidem, & ſignum authoritatis, Metonymia, ſcilicet ſignum pro re ſignata. *Autorità*. Quintilianus, & alii.

¶ Virgindemia, æ, Collectio virgarum, verberandi, vinciendique gratia, *Raccolta di verghe*.

¶ Viratius, magnarum virium, Non.

Virgula, læ, fœ. g. Diminut. Cic. 1. Offic. *Verga picciola*.

Virgator, oris, Qui virgis cædit, Plau. *Chi batte con verghe, ſcopatore*.

Virgeus, gea, geum, Virg. *Fatto di verghe*.

Virgetum, ti, Locus virgis conſitus, Cic. l. 2. de legib. *Luogo piantato di verghe*.

† Virgilianus, na, num, patron. a Virgilius, *Di Virgilio*. ſicut a nomine Cic. Ciceronianus, na, num, Virgilianus decor. *Onor di Virgilio*.

Virgilius, Poeta fuit Mantuanus celeberrimus, Marone, Majaque natus, qui inter latinos poetas primum obtinet locum.

¶ Virgatus, a, um, Adject. *Coſa che ha verghe*.

Virgo, nis, com. gen. Quintil. Ovid. & Horat. *Vergine*. Virgo matura viro. attribuitur etiam aliis animantibus, quæ marem nondum admiſerunt, Plin. ut equæ virgines.

Virginalis, & hoc virginale, Cic. lib. 1. de Divin. *Di Vergine*. ut virginalis modeſtia, Cic. *Modeſtia virginale*.

Virgineus, a, um, ut virgineus rubor, Virg. *Di vergine, verginale*.

Virgultum, gulti, neu. gen. Pl. Virg. l. 1 Georg. *Arboſcelli piccioli, che non producono altro che verghe, bacchettina creſcente*.

Virguncula, æ, f. g. diminutivum a virgine, *Verginella*.

Virginitas, tatis, f. g. caſtitas, caſtimonia, Cic. & Ovid. *Virginità, Caſtità*.

Viria, æ, f. g. Seu viriola, æ, apud Jabolenum eſt ornamentum colli e gemmis conſtans, *Vezzo*.

Viricula, æ, fem. g. diminutivum a viribus, licet raro uſuveniat, dicuntur tamen citante Auctore Calepini majoris, patrimonii viriculæ, pro exiguis facultatibus, ſed auctorem non nominat, ideo ſit adeſpotum, uſque dum auctorem nactus fuerit.

Viridans, tis, Adjectiv. Virg. *Verdeggiante, verde*.

Viridarium, rii, neut. gen. Hortus, Svet. in Tiber. *Orto, Verziero, Giardino di Viole*.

Viridis, & hoc viride, Habens viriditatem, Cic. Virg. 6. Æn. *Verde*. viridis umbra, Virg. *Ombra d'alberi verdeggianti*, Item, *Florido, fiorito*, 6. Æn.

Viriditas, tis, fœm. gen. viridis color, Cic. de ſenect. *Verdura*.

Virilis, & hoc virile, viri proprium; Cic. & Virg. Æn. *Virile, coſa d'uomo virile, forte*. Pro virili parte, Cic. *Quanto potrò*.

Virilia, lium, libus, neu. gen. plur. num. *Parti diſoneſte dell'uomo*.

Virilitas, tis, f. g. virilia, Mart. lib. 9 *Virilità, parti virili dell'uomo*.

Viriliter, Adverb. Fortiter, Cic. 2. Tuſ. *Virilmente, da gagliardo, fortemente*.

Viripotens, hujus tentis, f. g. Nubilis, viro matura, Pl. *Figliuola, o fanciulla da marito, in età maritale*.

Viritim, Adverbium, In ſingulos viros, Cic. 2. de Rep. *Da uomo ad uomo, a capo per capo*. Pugnare viritim, *Combattere a corpo per corpo*.

Viror, ris, m. g. Viriditas, *Verdura*.

Viroſus, ſa, ſum, eſt viri appetens: apud antiquos ſic dicebatur, ſicut mulieroſus mulieris appetens, *Luſſurioſo*.

¶ Viroſus, a, um, fętidus, grave olens, a nomine virus, quod modo venenum, modo ingratum odorem ſignificat. *Di triſto odore, velenoſo*.

Virtus, tis, fœ. g. Vis, vires, ars, facultas, probitas, integritas, abſoluta ratio, Cic. & Virg. *Fortezza, forza, poſſanza, valore, proprietà, virtù, perfezione, eccellenza*. virtuti invia nulla eſt via, Ovi. *La virtù entra per tutto*. Virtutem mulctare morte Quint. *Far morire alcuno, perchè ha fatto un'atto virtuoſo*.

Virus, neu. gen. indeclinabile, venenum Cic. *Odore ſpaventevole, o fetore, che ſi ſente dalle aſcelle, veleno*. Et accipitur aliquando in bonam partem pro grato odore. Sed author non commemoravit omnes ſignificationes, quas paucis ſic accipe, virus primo ſignificat venenum, *Veleno*. Vi. 1. Geor. item eſt ſapor gravis, pli. cum loquitur de aqua marina, et attribuit virus, ideſt ſaporẽ gravem, & acerbum, ingratum, amarum, ſalſedinem nimirum. Sic de malo medico loquens appellat acrorem illius, virus mali. Sic virus ſãguinem purpuræ piſcis dixit. Item ſignificat ſemen, ſperma humanum, ſeu geniturum, quia forte ſanguine menſtruo, qui non eſt aliud, quam ſemen imperfectum, nihil eſt lethalius, quod herbas, animalia, multaque alia enecet. Item ſignificat virtutem naturalem ex Luc. l. 2.

Virus mortiferum, Ci. *Veleno mortale*.

¶ Viripos, quæ apta eſt viro, Gl. Iſid.

Virulentus, lenta, lentum, plenus veneno, Gell. l. 11. c. 16. *Velenoſo, velenato*.

Virunum, oppidum, & Bellunum, *Cividale di Belluno, nei nomi antichi, e moderni*.

Vis, hujus vis, hanc vim, ab hac vi, Pluraliter vires, virium, viribus; fœm. f. g. nervi, robur, copia, & pro impetu, caſu, moleſtia, & moderatione, gubernatione, pondere, gravitate, momento, fide, violentia injuriaque ſumitur, C. Vir. Cæſ. *poteſtà, veemenza, virtù, forza. poſſanza, violenza, sforzamento, copia, moltitudine, abbondanza, e impeto*. agere pro viribus, C. *far quanto ſi può*. inferre alicui vim, *forzarlo a far alcuna coſa*, & alia infinita, quæ, ne videat trita, & nota omnibus inculcare, hic lubens prætermitto.

Viſcera, rum, ribus, n. g. plu. nu. inteſtina, partes intimæ, & nobiliores corporis, Vir. & Ov. *le interiora, le budelle*.

Viſcerari, ex Spont. eſt carnem populo diſtribuere, quia viſceratio, ut videre eſt ſuo loco, ſignificat diſtributionẽ carnis populo factam, apud Liv. *dar della carne al popolo*.

Viſceratim, adv. apud Enn. per ſingula viſcera, *per le viſcere*.

Viſceratio, nis, f. g. Liv. *largo dono di carne cruda di qualche perſona degna*.

Viſcus, ſci, maſ. gen. Viſcum, ſci, neut. gen. Plin. Vir. *viſchio*. & Arioſt. *pania*.

Viſcoſus, ſa, ſum, tenax. *viſcoſo, tenace*.

Viſcatus, cata, atum, Pl. *inveſcato*.

Viſcus, ſceris, n. g. Vir. *le interiora le viſcere*.

Viſendus, da, dum, ſpectandus, magnificus, C. *degno d'eſſer veduto per eccellenza, maraviglioſo*.

Viſibilis, & hoc viſibile, Pl. l. 11. c. 37. *viſibile, che ſi può vedere*.

Viſio, onis, f. g. Verb. a Video, des, aſpectus, videndi actus, C. 4. Acad. & 5. de nat. Deor. *eſſo vedere, viſione, fantaſia*.

Viſito, tas, avi, atum, itare, inviſo, viſo, C. de fin. *viſitare, e andare a vedere ſpeſſo*.

Viſitatio, onis, f. g. Verb. *viſita*.

Viſio, ſis, ſi, ſum, ſere, inviſo, viſito, C. ad Att. & Ver. *andar avanti*.

Viſontium, *viſce, città Spagnuola, nei nomi antichi, e moderni*.

Viſos, ris, m. g. Tac. *ſpia, eſploratore*.

Viſula, ſulæ, f. g. vitis genus, quod deſcribitur a Colum. lib. 3. c. 2. ibique vide, ſi id ſcire deſideras, *una ſpezie di vite*.

Viſum, ſi, n. g. viſio, ſomnium, C. 1. Acad. Vir. 4. Æn. *ſogno, viſione, fantaſia*, & Propert. *ſpettacolo*.

Viſundus, ſons, *naſcimento del Po, nei nomi antichi, e moderni*.

† Viſurus, ra, rum, part. fut. temp. *che s'ha da vedere*.

Viſus, ſa, ſum, part. a Videor, eris, Verb. *veduto*.

Viſus, hujus viſus, m. g. Videndi ſenſus, C. & Ov. *il vedere, viſione, viſta*. Viſus tortus, Stat. *il guardare per traverſo*.

Vita, tæ, f. g. ſpiritus, anima, vitæ curriculum, uſura hujus lucis, curſus vitæ, curriculum vivendi, hujus vitæ lux, communis ſpiritus. C. l. 1. de nat. Deor. *vita, animo, ſpirito, alimento, nutrimento*. Vitam conſtituere, C. *eleggere una maniera di vivere*. in vita mea, C. *tutto il tempo di mia vita*. Vitæ hominum, Ver. *coſtume degli uomini*. mea vita, eſt vox blandientis, Ter. *vita mia, cuore mio*.

Vitalis, & hoc Vitale, vitam præſtans, ſalutaris, C. de Amic. *vitale, che può vivere, che ha vita*. Vitalis aura, Vir. *aria con la quale viviamo*: unde frui vitali aura, eſt vivere, *vivere*, pro quo Vir. dixit, frui aura æthereá.

Vitalitas, tis, f. g. apud Pl. & potentia vitalis, *vita*.

Vitaliter, adver. apud Luc. *con la vita*.

Vitabundus, da, dum, Sall. *che è da ſchivare, o fuggire*.

Vitatio, onis, f. g. Verbale a vito, vitas, fuga, C. *ſchivamento*.

Vitellus, li, m. g. ovi pars rubra, C. & Hor. *vitello, o roſſo di ovo*. Vitellus, luteum, & croceum ovi pro eodem, albumen vero eſt pars alba, & liquidior.

Vitellinus, na, num, idem, quod Vitulinus, ut caro Vitellina, *di vitello, mongana*.

Vitellinus, a, um, a vitello ovi, eſt id, quod vitellum colore refert, croceum, luteum, ut vitellina bilis, apud medicos dicitur flava bilis, uſta, *di colore di roſſo d'ovo*.

Viteus, a, um, adject. a vitis, Vir. 3, Georg. ubi periphraſtice dixit pocula vitea pro vino, *coſa fatta di vite, o pertinente alle viti*.

Vitex, icis, f. g. genus fruticis, ab herbariis nunc dicitur agnus caſtus, cum a Græcis appelletur agnus, quod latine caſtus dicitur, unde per pleonaſmum utrumque conjungunt, agnus caſtus,

Vitiarium, rii, n. g. vitium ſeminarium, Col. *luogo piantato di viti*.

Viticula, culę, f. g. dim. a vitis, C. *vite picciola*.

Viticulum, li, n. ge. vitis capreolus, Pl. l. 42. c. 11. *capriolo della vite col quale ella s'attacca*.

Vitigineus, nea, neum, Col. l. 12. c. 15. *di vite*.

Vitigineus, adje. Luc. *generato di viti*.

Vitifer, ra, adject. Mart. l. 13. ut vitifera regio, Pl. *paeſe, che produce viti*.

¶ Viticella, herba ſic appellata, quod, ſicut vitis, quicquid proximum fuerit, apprehendit corymbis, quos annulos appellamus.

Vitiligo, ginis, f. g. Cæſ. Mart. *tache bianche, le quali vengono ſul corpo*.

Vitilis, & vitile, Pl. l. 10. c. 5. *coſa, che ſi piega facilmente, come viti, vimine, e ſimili*.

Vitilitigo. gas, gare, criminor, damno, mordeo, Pl. in prolog. nat. hiſt. *riprendere loggiermente qualche fallo, accuſare, mordere*.

Vitilitigatores, & obtrectatores, Pl. in præſ. *calunniatori, o detrattori*.

Vitio, tias, avi, atum, are, Pl. & Plaut. in prol. Aul. & Ov. *corrompere, guaſtare*.

Vitiator, Sen. *violatore di donne*.

Vitioſus, ſa, ſum, depravatus, corruptus, affectus vitiis, flagitiis convictus, C. Att. l. 1. *cattivo, vizioſo, pieno di vizj*, Vir. *guaſto, corrotto, viziato*.

Vitioſe, adv. a vitio, corrupte C. 4. Tuſc. *vizioſamente*.

Vitis, hujus tis, f. g. C. de Se. *vite*. Vitis putator, Ov. *potatore di viti*.

† Viticula, læ, f. g. dim. C. *vite picciola*.

Vitiſator, oris, Virg. l. 7. Æn. *piantatore di viti*.

Vitium, tii, n. g. culpa, dedecus, malum, damnum, ærumna, vitioſitas, pravus actus, turpis actio, animi pravitas, labes animi, C. Ho. & Ver. *vizio, ſceleraggine, ſceleratezza, imperfezione, corruzione, mancamento, biaſimo, errore, colpa, difetto, peccato*. abſtinere a vitiis, C. *guardarſi da' vizj*. paries vitium facit, C. *il muro ſi sfende*. plenus vitiis, obnoxius, deditus, inquinatus, & infinita alia ejuſmodi, quæ ex lectione vel mediocri auctorum innoteſcunt.

Vitium, præter ſignificationes ab auctore allatas, ſignificat etiam ſtuprum, unde afferre virgini vitium eleganter dicitur, pro virginem de ſtupro ſollicitare, *ſtuprare, sforzare una vergine*.

Vitio-vertere aliquid, ſicut contra, laudi vertere, pro quibus etiã dicitur, laudi ducere, vitio ducere, vitio dare, *biaſimare*, Ter.

Vito, tas, avi, atum, are, devito, fugio, effugio, declino, deteſtor, C. Ver. & Virg. 3. Æn. *ſchivar qualche coſa, guardarſi, fuggire*.

¶ Vitilia, ſubſtant. dicuntur vimina, quibus religantur vites.

¶ Vitreamina, vaſcula vitrea, quæ ornatus cauſa parantur.

Vitricus, ci, m. g. C. Ovid. *marito di mia madre*.

Vitrum, tri, n. g. Pl. l. 36. c. 15. *vetro*.

Vitreus, trea, treum, Plin. & Vir. 7. Æn. *di vetro, ſimile al vetro*.

Vitriarius, vitri conficiendi artifex, Sen. *arteſice da vetri*.

Vitruvius, Architectus fuit Veronenſis, cujus opera hodie leguntur.

Vitta, vittæ, f. g. Virg. *benda per la teſta, o pezza*.

Vittatus, ta, tum, vittis redimitus, Pl. *imbendato la teſta*.

Vitula, læ, f. g. Virg. 3. eccl. *vacca giovine, vitella*.

Vitulus, li, m. g. bos junior, C. & Hor. 4. carm. od. 2. *vitello, e il toro*.

Vitulinus, na, num, ex vitulo, *di vitello*, ut vitulina caro, C. *carne di vitello*.

Vitulari, apud Varr. & veteres, eſt pro voce lætari, *rallegrarſi*.

Vitulus marinus, bellua marina ãphibia ſomniculoſa, Pl. l. 6. c. 13. a Græcis phoca dicitur, quod etiã nomen lati-

latinitate donatum est a Virg.

Vitunus, i, m. g. Deus, qui vitæ præerat, sicut Sentinus, qui sensibus, Cœl. Rhod. *Dio, che aveva cura della vita degli uomini.*

Vituperium, rii, n. ge. vituperatio, ignominia, dedecus, infamia, *vituperio*, Cic.

Vitupero, as, avi, atum, are, criminor, culpæ, vel vitio do, culpo, de dignitate, vel de auctoritate detraho, in maledicti, vel criminis loco objicio, maledictis gloriam, dignitatẽque violo, C. pro Mur. & Ter. in And. *biasimare, sprezzare, vituperare.*

Vituperatio, tionis, f. g. verb. ignominia, reprehensio, C. 5. Ver. *biasimo, disprezzo, vituperazione.*

Vituperabilis, & hoc vituperabile, vituperatione dignus, C. 3. de leg. *degno di biasimo, vituperabile.*

Vituperator, toris, m. g. verb. Reprehensor, C. *vituperatore, sprezzatore.*

Vivarium, rii. n. g. Pl. lib. 8. cap. 54. *luogo da nutrirvi animali salvatichi, vivaio.*

Vivax, hujus cis, adject. Vir. *chi vive lungo tempo, vivace, vigoroso*, ut cervus vivax.

Vivacitas, tatis, f. g. Col. *vivacità.*

† Vivens, tis, part. Stat. *chi vive.*

Vivera, ræ, fœm. gen. Pl. & Mart. *donnola.*

Vividus, da, dum, Pl. jun. & Prop. *pieno di vita, vivace, vigoroso.*

Vivisco, scis, scere, & vivesco, Plin. *prendere vita, esser vivace, vivere,*

Vivo, vis, xi, ctum, vere, inter vivos numeror, in vita sum, vitam traho, vitam dego, vitam ago, ætatem, vitam, & spiritum duco, vitam colo, lucem intueor, vitam produco, vita manet, supperit, suppeditat, spiro, respiro, in vita commoror, vigeo, vitam transigo, ætatem dego, ævum ago, vitã vivo, vita fruor, Cic. Quint. & Ter. *vivere.* bene valete, & vivite, Plau. *addio, state sani.* Ita vivam, C. *così mi ajuti Dio.*

Vivitur, impers. pass. Ter. & Plau. idest homines vivunt, *si vive, gli uomini vivono.*

Vivus, va, vum, spirans, C. ad Att. l. 4. & Vir. *vivo.* ad vivum resecare, C. *tagliare fino al vivo.* Vivus præterea sumitur pro natura, seu eo, quod artificiosum non est, *naturale*, Vir. 2. Georg. itẽ pro vehementi, ut amor vivus, idem 1. Æn. flumen vivum, apud Vir. & aqua viva apud Var. est aqua, quæ fluit, & non manet in eodem loco, hoc est, non stagnat: sic lacus vivi eodem sensu, 2. Georg. Vivos vultus ducere, Vir. 6. Æn. est veram, & naturalẽ imaginẽ alicujus ducere, ut vivere ipse, non ejus imago esse videatur, *dipingere alcuna cosa perfettamente.*

Vix, adv. Vix dum, jam ægre. C. *appena, a fatica, difficilmente.*

Vix tandem, idest post multum temporis, Cic.

U L

Ulciscor, sceris, scere, ultus sum, ulcisci, verbum depon. vindico, punio, persequor, pœnam repeto, injurias persequor, expeto pœnas, C. & Ter. *far vendetta, vendicare, punire*, ulcisci aliquod factum, Pl. *vendicarsi di qualche cosa.*

† ulceratio, onis, f. g. *impiagamento.*

ulcero, as, avi, atum, are, exulcero, C. Pl. *tagliar la pelle, impiagare.*

ulcerosus, sa, sum, Hor. *pieno di piaghe.*

ulceratus, ta, tum, exulceratus, C. *impiagato.*

ulcus, hujus ulceris, n. g. plaga sordida, Cic. Virg. *piaga nata da per se.* ulcus tangere, proverbialis sermo, quo indicamus aliquem mentionem facere ejus, quod dolorem nobis excitat, Ter. Cic. *rinovare il dolore d'alcuno.*

ulcusculum, li, n. g. dim. Pl. *piaga picciola.*

ulex, icis, f. g. frutex quidam rorimarino non absimilis, cujus mentionem facit Pl. l. 33. c. 4. *arboscello simile al rosmarino.*

uligo, ginis, f. g. Var. *umido naturale della terra.*

uliginosus, sa, sum, Var. *ogni cosa umida.*

ullus, la, lum, aliquis, Cic. *alcuno, qualcheduno.*

ulmarium, rii, n. g. locus ulmis consitus, Pl. & Colum. *luogo, dove sono piantati olmi.*

¶ ullo, pro ultus fuero.

